A aliquid antecedens, contra Augustinum superius recitatum. Quomodo etiam salvant isti gratiam operantem, quæ in omnibus p̄tuerunt peccatores? Si autem isti obijciant illud Augustini: Qui erexit te sine te, non sufficiabit te sine te, & similia: ergo oportet quod aliquid coagias ad hoc, quod gratia tibi detur; dicendum, quod verum est forsitan in adultis, non tamen oportet me aliquid agere antecedenter, sed subsequenter, ita quod insula mihi gratia bene velim & faciam; sed insula gratia est prior naturaliter, me autem bene velle & facere, illata naturaliter consequitur, sicut efficiens suus effectus, & causam suam causatum. Sic autem respondet Lumbardus 2. sent. dist. 26. (cum obijcitur quod gratia non praedit homini voluntatem) per illud Augustini super Iohannem, ubi prius, Nemo potest venire ad me, & reliqua: Cetera potest homo <sup>volens</sup>, credere autem non nisi <sup>volens</sup>; & per illud glossa <sup>volens</sup> Gen. 44. Votum puerum, & queramus ipsius voluntatem, quia fides est voluntatis, non necessitas: Dicir igitur. Ad quod respondeant dictimus, hac omnia dicta esse, quia non est fides, nisi in eo qui vult credere, cuius bonam voluntatem fides praenunt, non tempore, sed a causa, & natura; quem responsionem confirmat per Augustinum Enchirid. 23. dicentem, quod bona voluntas in eis donis est, quæ non praedit, & ipsa ibat quibus prævenient, dum eis consentit, quod & supra capitulis multis expressius continetur. Quarum enim sic, Cūm proculdubio, si homo eius status est, vt ratione vivatur, non possit credere, sperare, diligere, nisi velit, nec percutere ad palmam vocationis Dei, nisi voluntate cucurrit: quomodo ergo non voluntatis, neque currentis, sed miserentis est Dei? nisi quia voluntas, vt scriptum est à Domino præparatur: alioquin si propterea dictum est, Non voluntis &c. sed miserentis, & quia <sup>ex</sup> vero que fit, id est, ex voluntate hominis & misericordia Dei, vt sic dicimus accipiamus, Non voluntis &c. quia dicerentur non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiam misericordia Dei; ne sufficit sola misericordia Dei, si non sit etiam voluntas hominis; ac per hoc, si recte dictum sit, Non voluntis hominis, sed miserentis ei Dei, quia illud voluntas hominis sola non implerit; cur non est contrario recte dicitur, Non miserentis Dei, sed voluntis est hominis, quia id misericordia Dei sola non implet. Porro si hoc dicere nullus Christianus audiebit, ne Apostolus apertissime contradicat, restat vt propterea recte dictum intelligatur, Non voluntis, sed miserentis est, vt totum datur Deo, qui nominis voluntates bonam & preparat adiuvandam; & adiuuat preparatam: Prædicat enim bona voluntas hominis multa Dei dona, sed non omnia, quæ autem non praedit ipsa, in eis est & ipsa. Item eadem dist. 26. allegat Augustinum dicentem, Cūm fides impetrat iustificationem, non gratiam Dei aliquid praedit humani, sed hoc fit voluntate comitante non ducente, perdiscreta, non preuenia. Idem supra, dist. 25. vlt. dicit, quod Dei gratiam non adiuuat voluntas hominis vel operatio, sed ipsa gratia voluntatem præuenit præparando vt velit bonum, quod & diffusè ostendit dist. 26. & 27. consequenter. Augustinus queque de prædestinatione <sup>Augustinus.</sup> contra Pelagianos 3. scribit ita; Stulte, Deus est, qui iustificat impium, non præuenit humanæ voluntate, sed ipse præueniens hominis voluntatem misericordia sua: Deus enim, inquit, meus, misericordia eius præueniet me. Audi & alium Prophetam loquentem, Converte me, Domine, & conuertat; Sancit me, & sanabor: vnde & Apostolus, iudicauit inquit, gratis per gratiam ipsius. Audi gratias, & ratiō de meritis: Qui & de natura & gratia 32. loquens de iustificatione nostra, sic ait: Vbi quidem operarum & nos, sed illo operante nos cooperamur, quia misericordia eius præueniet nos: Et de bono persecutantia 48. dicit, quod Deus eorum præuenit voluntatem, quibus datur gratia, ideo vtique ne non gratis dari videatur, sed secundum præcedentis metira voluntatis, sicut contra veritatem Pelagianos error obloquitur. Idem Hypog. 52. In omni opere facto prior est voluntas Dei, posterior liberi arbitrii, id est, operatur Deus, cooperatur homo. Quod si dicas vt dicere consueisti, quia ego prior velui, Deus voluit, iam meritum facis, vt gratia ex operibus iam non sit gratia, sed meritis: hoc loco redarguit se Apostolus, dicens: Si ergo gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia, gratia mihi donatur, non redditur. Qui oī de heretibus 8<sup>a</sup> dicit, quod Pelagius non <sup>proprie</sup> gratiam libero arbitrio, sed infidelis calliditate, usurpauit. Ille <sup>il proprie</sup> dorus insuper 8. Eth. 5. sent. 14. tractans de diversis hereticis & eorum heresibus, dicit, quod Pelagiani liberum arbitrium diuina gratia anteponunt, & recitatur in Caſone 24. quælibet vlt. Quicquid autem, vbi Gratianus sequens Isidorum enumerat huius hereticos, cum hereticis cotundem.

## C A P. XXXVI.

Contra quosdam Pelagianos dicentes hominem posse ex se tantum debite preparare; quod si faciat, Deus dabit fibi gratiam suam gratis.

VNT adhuc alii opinantes quid homo non potest ex se medie proprietas avit; potest tamen se debite preparare; & tunc Deus sibi dabit gratiam suam gratis: sicut in naturalibus; cum materia fuerit debite preparata, inducitur statim forma. Hoc autem preparatio vel iuuat in aliquo, vel non iuuat: Si non iuuat, non preparatur; nec disponit; si iuuat, est aliquo modo iuuabilius & meritorius; & aliqui causa gratificationis contra duo capitula proxima; & sic recedant contra hunc errorum omnia argumenta facta hic & ibi. Item secundum hoc, principium fidei est à nobis, supplementum vero à Deo: quod recitat Augustinus & reprobatur de Prædestinatione Sanctorum 21: dicens:

Si non petrini ad Dei gratiam, quod credidit capimus; sed illud potius quod propter hoc nobis additur, ac per hoc principium fidei nostrae priores datum est. Vt recubatur nobis supplementum eius; sed quis dicat cum qui iam caput credere ab illo, in quo credidit, nihil mereri? Vnde sit, vi iam merenti, cetera dicantur additæ retributione diuina, ac per hoc gratiam Dei secundum merita nostra datur; quod obiectum sibi Pelagiūs, ne dampnaretur ipse, damnauit. Et de præparatione potest argui similiter omni modo. Simili modo arguit de gratia & libero arbitrio capitulo 12: 47. 18. Item ipsi præparatio est gratuitum donum Dei, vt 9<sup>th</sup> & 20<sup>th</sup> capitula manifestat; quod & 22<sup>nd</sup> cum 10<sup>th</sup> & eodem 20<sup>th</sup> comprobabit. & satis patet per summum Autorum nostrum Iohannem 3: 5. sic dicentem, Sine me nihil potestis facere, & per Discipulum suum Paulum 2. ad Corinthi 3: confitentem, Fidejaciam talen habemus per Christum ad Deum, quod non sufficiens sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiens nostra ex Deo est. Et 1. ad Corinthi 4. Quid habes; quod non accipisti? si autem accepisti, quid gloriaris quia non accepisti? Et ad Rom. 11. Quoniam ex ipso, & per ipsum; & in ipso sunt omnia; Vnde & Augustinus virtute istarum autoritatum sufficit procedit per totum librum de Prædestinatione Sanctorum, ostendens quod principium fidei, complementum, & finis, & totum genus est à Deo. Vnde caput 7. dicit de Electis gratis consecuta est electio, quod consecuta est, non præcessit eorum aliiquid quod priores datent, & retribueretur illis, quod probat per illud Psalmi superiorius allegatum, Pro nihilo saluos fecit illes; Et infra 14. Omnis hac ratio, qua defendemus gratiam vere esse, id est, non secundum merita nostra dari, quamvis etiamdissime diuorum testimonij eloquorū esseretur, tamen apud eos, qui nisi sibi aliiquid assignent quod priores dent & retribuuntur eis, ab omnī studio pietatis reprimi se putant, laborante aliquanto inestate maiorum virtutum voluntatis arbitrio, sed ubi venitur ad purulos; & ad ipsum mediatorem Dei & bonitatem, hominem Iesum Christum, omnis deficit præcedentium gratiam humanorum assertio meritorum. Idem de bono perseverantiae 67. Attendatur, quomodo nullum qui putant esse à nobis, vt petramus, queramus, & pulsemus; Et hoc esse dicunt, quod gratia præcedit merito, vt sequatur illa, cum accipimus petentes, & inuenimus querentes, aperitque pulsantibus, nec volunt diligere, etiam hoc diuinis esse numeris ut petantur, queramus atque pulsemus. Accipimus igitur Spiritum adoptionis sitorum; in quo clamamus Abba pater: ad quod etiam allegat beatum Ambrosium, he dicentem, Et orare Deum, gratia spiritualis est, sicut scriptum est, Nemo dicit, Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto. Item tunc recipere gratiam tunc voluntate, & currente, contra Pelagianos & quoniam eius est se debite preparare. Et confirmatur per Augustinum Encyclid. 23. super hac autoritatem Apostoli disputantem, & ipsam præparationem voluntatis nostræ Deo totaliter tribucentem, ut ea contra errorum proximo allegantur. Idem patet per eum de duabus animabus 15. & recitat 2. Sentent. Petri dist. 26. dicentem, quod voluntas ut non admittat malum & adipiscatur bonum, prævenitur & præparatur Dei gratia, quod & confirmatur per illud Apostoli,

Augustinus.

Ioh. 1. 5.  
2. Cor. 3.1. Cor. 4.  
Rom. 11.  
Augustinus.

H. testimonyiorum eloquij.

Augustinus.

Ambroſii.

Augustinus.

Non

## C A P. 37.

## De Causa Dei.

317

A. Non volentis, neque currentis, &c. Idem patet per eundem 1. Retractat. 23: & de prædestinatione Sanctorum quarto, dicentem, quod Deus præparat voluntatem; & infra sexto. Liceret credere vel non credere sit in arbitrio voluntatis humanæ, tamen in electis præparatur voluntas à Domino: Et inferius septimo: Cum multi audiunt verbum veritatis, alii credunt, alii contradicunt, cum in alijs præparatur, in alijs non præparatur voluntas à Domine. Et De gratia & libero arbitrio, vicecum primo; Formamur & creamur in operibus bonis, que non præparavimus nos, sed præparauit Deus omnipotens, vt in illis ambalemus. Nonne & regalis Prophetæ dicit Deo; Præparans montes in virtute tua, Psalm. sexagesimo quarto. montes, scilicet in statu virtutis excelsos, sed ipse præparans montes, non montes seipsum, & hoc virtute tua, non sua. Quare & infra; Flumen, inquit, Dei repletum est aquis; hoc est secundum Augustinum, populus Dei repletus est Spiritu Sancto, i.e., spiritualibus donis eius. Parati cibum illorum, scilicet spiritalem, quoniam ita est præparatio eius. Vbi Psalmus Romanus, quod Augustinus exponit, sic habet; Quoniam ita est præparatio tua: sicut quod Augustinus; Non quia te promeruerunt, quibus peccata donasti, merita enim illorum mala erant) sed tu propter misericordiam tuam, quia ita est præparatio tua; ita parati cibum illorum. Quomodo etiam præparauit se Paulus crudelissime fratres contra Christum ad Christi gloriam promerendam? quomodo Matthæus? & quomodo alii similis? Nonne quosdam infirmos legimus Dominum curauisse, à quibus, aut pro quibus non fuerat deprecatus, neque qui se in aliquo præparabant, ex misericordia sua soli? Nonne & homo misericors, plus, & bonus, faciens & potens faceret? Cur ergo non Deus in omnibus melior infinitè? & si infirmitates corporales sic sanet, cur non similiter, immo potius spirituales? Nonne anima plus est quam corpus? similius Creatori & charior Redemptori? Sed obijcent forsa isti, quod illud Psalmi 9. Preparationem cordis audiuit auctor tuus & Parabol. 16. Hominis animum est præparare, & Domini gubernare linguam & 1. Reg. 2. Ipsi præparantur cogitationes. Item orationes & clemensynæ Cornelij non dum baptizati, nec fideli, 1. Reg. 2. ascenderunt in memoriam in costru. & tu Dei; quare præcepit sibi per Angelum, vi. Simonem accerseret, qui accersitus & veniens ipsum Cornelium baptizauit, vt patet Act. 10. Ergo propter illam præparationem per orationes & clemensynas meruit baptizari. Item in tali adulto baptizando ante baptismum sunt multæ cogitationes, & deliberationes de baptizari, & tandem consensus, & hacten præparatione completa, datur gratia baptismalis. Primum autem istorum nihil concludit, quoniam ita Deus exaudiit orationes nostras, qua tamen non sufficiunt nec primo à nobis, sed à Deo in nobis. Acceptimus enim spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater, ad Rom. 8. quod exponens Apostolus ad Gal. 4. dicit; Misit Deus spiritum Filii in corda nostra clamantem Abba pater, id est, clamare nos facientem, sicut patet per expositiones Sanctorum, & per Augustinum de Bono perseverantiae, 66. per quem cum beato Ambrosio, cap. 67. resp. solo torto patet, hinc erat superius allegatum. D. Ad alium cum allegant, quod Hominis est animum præparare, & Domini gubernare linguam: verum est certe, sed non solum hominis est animum præparare, sed etiam Domini, sicut superius est ostensum: Ideo utrumque istorum est Domini. Quis enim ignorat maius esse, & melius animum præparare ad sapienter loquendum, quam eloqui præparata? Quoniam secundum Catonem; Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis. Et quis, non dico Christianus, sed vel Pelagianus audeat sibi ipsi tribuere quod melius est & maius, Domino vero Deo quod dexterius est & minus? Vnde Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum. Et Augustinus de verbis Apostoli serm. 15. Eris opus Dei, non solum quia homo es, sed etiam quia iustus es: melius est enim hominem iustum esse, quam hominem esse. Si hominem te fecit Deus, & iustum tu te facis, melius aliquid facis, quam Deus fecit. Idem super illud Psalmi, 144. In iustitia tua exultabunt. Nemo Deo tribuat quod est, & sibi quod iustus est: Melius enim tribuis tibi quam Deo; melius enim est iustum esse, quam hominem esse. Et Bernardus de gratia, & libero arbitrio, 10. Absit ut nature voluntatis ipsi perfectionem, Deo autem tantum creationem tribuanus, cum longe nimis melius sit esse perfectari, quam factum est; & cum dictum ipsum nefas videat Deo quod minus; nobis quod excelsius sit attribuere. Augustinus quoque 12. de Guit. Dei 9. arguit isto modo; Si boni Angeli fuerint prius sine bonis voluntate, easq; in se ipsi Deo non cooperante fecerunt, ergo meliores à seipso quam ab ipso facti sunt. Absit autem, si non poterint seipso facere meliores, quam eos ille fecerat, quo nemo melius quicquam facit, profecto se bonam voluntatem, qua meliores essent, nisi operante adiutorio creatoris habere non possent. Qui & contra Pelagium & Cœlestium de gratia Christi, & de peccato originali 22. redarguens Pelagium estimantem cogitationem immitti à Deo, sed dilectionem esse illa nobis

D 4 3

nobis

à nobis, sic ait; Cogitationem & dilectionem, sicut sunt discernenda discernat, & cum sit-  
trumq; deum Dcī, sed unū minus, checum uerius, non hic iusticiam nostram per laudem iu-  
stificatoris nostri extollat; vt horum duorum quod minus est diuino tribuat adiutorio, quod  
autem maius est humano ut super arbitrio, & si consentit, nos gratia Dcī accipere charitatē,  
non sic sentiat, tanquam illa meritaria bona nostra præcesserint. Nam unde merita bona tunc  
habere poteramus, quando Deum non diligebamus? Ut enim acciperemus dilectionem, qua  
diligeremus, dilecti sumus, cum eam nondum haberemus. Hoc Ioan. Apost. apertissimè dicit,  
non quod dilexerimus Deum, sed quia ipse dilexit nos; optimè oratio ergo verissimè. Non e-  
am haberemus, uno sum diligeremus, nisi hoc ab illo, cum prior nos diligere, sumus. Quid autem boni faceremus, nisi diligemus? aut quomodo bonum non facimus, si diligamus?  
Etū enim Dei mandatum videtur aliquando à non diligentibus, sed à timentibus fieri, tamen  
vbi non est dilectio, nullum opus bonum imputatur, non resté bonum opus vocatur, quia om-  
ne quod non est ex fide, peccatum est, & Fides per dilectionem operatur. Quia tamē Salomon B  
videtur ponere differentiam aliquam inter animum preparare, & linguam gubernare; scien-  
dum quod gubernare est alicuius rectoris superioris, respectu alicuius inferioris per illum direc-  
ti. Agere autem est cuiuscunq; causa auctiua sua superioris siue inferioris, & ideo potest dici,  
quod ignis calcifici fertur; sed fabri est gubernare, & moderari calorem & calefactionem: sic  
& dominus est animum preparare, non tamē solus, sed sicut causa inferioris auctiua cum cau-  
sa superiori actua, & in virtute illius qui est dominus; sed domini solus tanquam supremi re-  
ctoris est gubernare linguam, tamen homine subagente, sicut fabri est gubernare malleum so-  
nos varios concitantem. In manu enim Dei & nos & sermones nostri. Multum etiam con-  
grue dicetur, Domini est animum gubernare, & hominis preparare linguam. Illud autem  
Reg. 2. Ipsū præparantur cogitationes, intelligi. Glossa sic, id est, cogitatione eius, quasi dice-  
ret. Nulla cogitatione latent eum, & hoc videtur prætendere totus versus. Recedant, inquit,  
vetera de ore vestro, quia Deus scientiarum dominus est, & ipsi præparantur cogitationes. De C  
Cornelio verò dico, quod quantumcunque bonam præparationem habuit, accepit iam gratis  
à Deo, sicut præcedentia docuerunt. Nec etiam erat penitus infidelis. Quomodo? Tam Dcū  
statet, & pro eius amore elemosinas erogasset, nisi aliquo modo credidisset in eum? non ta-  
men habuit plenam fidem, vel non reuelatam in omnibus; sed velutam, & his modis respondit  
Aug. obijcientibus tandem instatiam, de prædestinatione sanctorum S. Solet, inquit, dicit. Ideo  
credere meruit, quia vir bonus erat, & antequam credideret, quod de Cornelio dicit poteſt, cuius  
accepte sunt elemosynæ, & exaudiens orationes antequam credidisset in Christum, nec tamen  
sine aliqua fide docebat & orabat. Nam quomodo inuocabat, in quem non crediderat; sed si  
posset sine fide Christi esse filius, non ad eum adficiendum mitteretur architectus apostoli. Pe-  
trus, quamvis nisi dominus adficeret domum, in vanum laborauerunt adficiantes eam. Quic-  
quid igitur & antequam in Christū credenter, & cum credidisset, bene operatus est Cornelius,  
totum dandū est Deo, ne forte quis extollatur. Ad ultimum patet per idem, omnes enim tales D  
cogitationes sunt gratis à Deo, sine quo nihil possumus facere, cum non sufficientes sumus co-  
gitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. Pro quo dicit Aug. de prædestinatione Sanctorum 2.  
Quis non videat prius esse cogitare, quām credere? Nūius quippe credit, nisi prius cogitare  
et esse credendum. Quāuis enim raptum, quāuis celeritatem credendi voluntatem, quādam  
sanctæ cogitationes ante volent, moxq; illa ita sequuntur, vt quasi coniunctissima comitetur, ne-  
cessitatis est tamen, vt omnia que creduntur, præuenient cogitatione credantur. Quid ergo ad re-  
ligionem pertinet atq; pietatem, nō sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismet ipsi, sed  
sufficientia nostra ex Deo est. Verum licet ista ita se habeat, non est tamen intentionis meæ  
negare omnia præparationem & dispositiōem præuiam charitati, & gratiae in adulis: Scio  
enim quod timor seruili, timor peccati, timor incommodi, amor commodi, & virtutes mora-  
les, multum retrahunt à peccato, inclinans ad opera bona, & sic ad charitatem & gratiam, &  
ad opera verè grata præparant, & disponunt, sicut scitis ostendunt autoritates 2. & 3. E  
tent. Perti dist. 34. scripte. Nullus tamen aliquid horum potest, nec se quod modo dispo-  
nere sine Deo specialiter id agente, sicut præcedentia manifestat. Verūnamen collata gratia  
non semper sequitur præparationem huiusmodi, sicut nec ipsam gratiam collatam perse-  
serant, prædestinati ad vitam, sicut præhabita clare docent.

Contra quosdam Pelagianos dicentes quod Deus præuenit hominem in  
gratia collatione pulsando, & homo ipsam acceptiōem gratia  
aperiendo & consentiendo, ex se tamen pulsanti, & pe-  
ipsam quoddammodo promerendo.



Dhuc autem sunt alii tam validis testimonijis non audientes refellere;  
iocoque dant Deo primicias extrinsecas gratia & fidei, ac bonitatem similiū, sed hominibus gratiam ipsam & fidem cum exercitio bonis hu-  
iustiōis: Dicunt enim Deum semper præuenire pulsando & excitando  
ad gratiam, fidem, & ad beatam familiā, & hominem subsequi aperiendo,  
& consentiendo, & hoc ex propriis virtibus per seipsum, iuxta illud Apo-  
loc. 3. Ecce sto ad ostium, & pulsabo: Si quis audierit vocem meam, &  
aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse  
meum. Hi autem faciunt Deum sua gratia publicum venditorem, hominesque emptores.  
Dicunt enim eum sicut mercatores pauperculum clamare, & pulsare ad ianuas, & ad oīas  
singulorum; apertienti vero pro sua aperiōne gratiam suam dare, quod tamen verius com-  
mutare, seu vendere dicerebat. Faciunt quoque Deum scriptorem pauperculum & conducti-  
tum suum operam publicantem, & pro precio parvulo, pro aperiōne & cœna, aperiōnum  
nomina in libro vite scribentem, siveque gratia ex præcedentibus operibus nostris erit, contra

C 35<sup>th</sup> hiūs, cuius & omnia redeunt argumenta. Pro quo & dicit Augustinus de verbis Apo-  
stoli, vi allegat Lumbardus in Glossa super illud in Eph. 2. Gratia salutis estis, &c. non ex ope-  
ribus, Ne putes te promerendo accepisti, qui nūl promereris nisi accepisti; graua pater-  
si fecisti tuum; non gratia ex merito, sed meritum ex gratia: Nam nūl gratia ex merito,  
emisti eam, non gratis accepisti. Item homo non potest aperire, nec consentire in talibus ex  
seipso, sed ex voluntate diuina, vt capitulum nostrum docet, quod & probant Autoritates su-  
perius allegant, Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit illum. Secundum istos  
tamen, homo licet pulsatus à Deo, non habens adhuc Patrem, aperiendo pulsanti, verius tra-  
heret ad se Patrem; & Sine me nūl potest facere, ergo nec aperire, nec sufficiēt sumus  
cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, ergo ne aperire credendo: Minus est enim cogitare  
quām credere. Quid licet satis appareat, ecce i. Ita idoneus Augustinus de prædestinatione Aug. 7. 2. sic dicens. Credere nihil est aliud, quām cum ascensione cogitare; Non enim

D qui cogitat, credit; cum ideo cogitare plerique ne credant; sed cogitare omnis qui credit.  
Quod ergo ad religionem pertinet, auctor pietatem, si non sumus idonei cogitare aliquid quasi  
ex nobismet ipsi, sed sufficientia nostra ex Deo est; profecto non sumus idonei credere al-  
iquid quasi ex nobismet ipsi, quod sine cogitatione non possumus, sed sufficientia nostra qua  
credere incipiamus ex Deo est. Quocirca, sicut nemo sibi sufficit, ad incipiendum vel perficiendum  
quādūcū opus bonum, vnde & in omni opere bono & incipiendo & perficiendo  
sufficientia nostra ex Deo est: Ita nemo sufficit ad incipiendam & perficiendam fidem,  
quoniam fides, si nec cogitatur, nulla est; & non sumus idonei cogitare aliquid, quasi ex  
nobismet ipsi, sed sufficientia volstra ex Deo est. Quomodo, etiam verum est, Non volen-  
tis, neque currentis, sed miserentis est Dei, & Gratiā salutis estis per fidem; & hoc non ex  
vobis, donum enim Dei est, non ex operibus! Et, Quid habes quod non accepisti, si autem  
acepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? quid humiliter sapiens, & veraciter proficisci ille

E Doctor egregius, & Martyr gloriissimus Cyprianus Epistola sua vadēcima, q̄. intitulat De disciplina Christianæ religionis ad Quirinum capite quarto dicit; In nullo nobis  
gloriantur, quia nostrum nihil est; quod probat quia in Euangelio secundum Iohannem scribitur, Nemo potest quicquam accepere nisi datum illi fuerit de Cœlo: Item in E-  
pistola Pauli ad Corinth. Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid glori-  
aris, quasi non accepisti? Quod & Beatus Augustinus frequenter allegat ab eo, De corre-  
ptione & gratia, decimo nono; De bono perseverantie 43. De prædestinatione Sanctorum 3. Item licet Deus sic pulsat, non per hoc nos eligit, quoniam pulsat similiter nō  
electos, sed nos aptientes eligimus eum, contra ipsūm dicens, Non vos me elegistis,  
sed ego elegi vos. Vnde Augustinus de prædestinatione Sanctorum 23. Si propterē electi  
erant,

erant, quia crediderant, ipsi enim prius viuque elegerant, credendo in eum ut eligi merebentur: Aufert autem hoc omnino qui dicit, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos; electi & ipsi proculdubio elegerunt eum, quando crediderunt in eum; vnde nos ob aliud dicit, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, nisi quia non eligerunt eum ut eligeret eos; sed ut elegeret eum, elegit eos, quia misericordia eius praevenit eos secundum gratiam, non secundum debitum. Et sicut sic pulset, nihil dat nobis, sed nos aperiens datus sibi consenserunt, contra illud Apostoli, Quis prior dedit illi, & retribuerit ei? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Item secundum quod superius est argutum, haec positio tribuit nobis quod melius est & maius, Deo vero quod deterius est & minus: Quis enim dubitaverit aperire melius & velius nobis esse quam pulsare, cum pulsare sine apertione non proficit. sed oblitus. Item si homo potest ex propriis virtibus aperire pulsanti, & consentire excitari, cum infidelis adiutor, qui latit audierit iocu[m] de fide Christi, & retinuit in habitu seu memoria quae audiuit, potest eadem ratione secundum sententiam Philosophi 2. de Anima exire de actu primo ad actum secundum, & intelligere, & cogitare actualiter talia quando voluerit, & potest ex se consentire; Ergo ex se Deo potest acquirere sibi gratiam & fidem, & omnia requisita centralia premissa. Item quando Deus sic pulsat, quid intendit? Vel intendit, quod pulsatus aperiat, vel quod non aperiat, vel medio modo; Neutrum intendit: Si intendat quod aperiat, per capitulum decimum omnis pulsarius aperit, quod non est verum; multi enim frequenter resistunt Spiritui Sancto Dei: Si intendat quod non aperiat, per idem decimum aperire non potest: Si neutrum intendit, per Capitulum nonum non poterit aperire; Et etiam si aperire, illa aperio esset casualis respectu Dei, quia præter eius intentum, nec sub' prouidentia diuina contenta, sed fieret a Deo tantummodo permisum, contra Capitulum 27. 28. 29. 30. 31. 32. & 33. manifeste: Hoc etiam est contra 22. istius. Item sic aperire pulsanti est meritorium, ergo per prius naturaliter procedit a gratia, quam a voluntate humana, sicut allegatum est prius; No[n] ergo prima gratia sequitur illam apertione ut præmium meritum cui debetur. Item iste fuit error Pelagi, ut pater per Augustinum de Prædestinatione sanctorum 25. dicentem; Ipsi Pelagiani putant acceptis præceptis iam per nos ipsos fieri libere voluntatis arbitrio sanctos & immaculatos; sed recte hoc testimonio Pelagianus error arguitur, vbi dicit Apostolus, Ideo nos electos in Christo, & prædestinatos ante constitutionem mundi, ut essemus sancti & immaculati. Cum ergo nos prædestinauimus, opus suum prædestinauimus, quo nos sanctos & immaculatos facimus. Hoc quoque errore ipse etiam Augustinus aliquando erravit, ipso metu tanta supra, codem 4. Cum, inquit, similiiter errarem ut Pelagius, putans fidem, qua in Deum credimus, non esse donum Dei, sed a nobis esse in nobis, & per illam nos impetrare Dei dona, illo principi testimonio Apostoli, Quid habes, quod non acceperisti, &c. ita ipse conquisitus sum. Neque enim fidem putabamus gratia præueniri, nisi quia credere non possemus, si non præcederet præconium veritatis; ut autem prædicaro nobis Euangelio consentiremus, nostrum esse propositum & nobis ex nobis esse arbitrabar, quem errorem non nulla opuscula mea satis indicant. Hunc autem errorum indicare videtur liber sensus de Spiritu & litera; In cuius Capitulo 26. querit, An fides sit in potestate nostra? Et magna disputatio premissa, capitulo 31. per quandam distinctionem responderet, scilicet quod partim enim ei diuino munere tribuenda, partimque nobis; Et diuino munere tribuenda propter duo; Primo quia fides de libero existit arbitrio, quod a Deo cum creamur accepimus; Secundo, quia visorum suasionibus agit Deus ut velimus, & ut credamus, sive extrinsecus per Angelicas exhortationes, sive per mandata legis, sive intrinsecus, vbi nemo haberet in potestate quid ei veniat in mentem; & addit, Sed consentire vel dissenire propria voluntatis est, His ergo modis quando Deus agit cum anima rationali ut ei credit, (neque enim credere potest quodlibet libero arbitrio, si nulla sit suasio, vel vocatio cui credit) profecto & ipsum velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus misericordia eius praevenit nos; Consentire autem vocationi Dei vel dissentire ab ea, sicut dixi, proprie voluntatis est, quod res non solet. Eius non infirmat quod dictum est, Quid habes quod non acceperisti, verum etiam confirmat. Accipere quippe & habere anima non potest dona de quibus hoc audit, nisi consentiendo, ac per hoc quid habeat, & quid accipiat, Dei est; accipere autem & habere viuque accipientis & habentis est. Cuius erroris retractationem ex primo Retract. suarum 23. recitat Augustinus de Prædestinatione Sanctorum 4. Dicit enim expoendo quasdam propositiones Epistole ad Romanos, Quod credimus, nostrum est, quod bonum operandum, illius est, qui credentibus dat Spiritum Sanctum; Et retrahendo, dicit; Quod profecto non dicere, si iam scirem ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in codem Spiritu. Vtrumque ergo nostrum est proprius arbitrium voluntatis, & vtrumque tamen datum est propter

A propter spiritum fideis & charitatis. Et quod paulo prius dixi, nostrum est credere & velle, illius autem dare credentibus facultatem bene operandi; verum est quidem, se. eadem regula, & vtrumque ipsius est, quia ipse preparat voluntatem, & vtrumque nostrum, quia non sit nisi voluntus nobis. Ad hoc etiam factum quod ex decimo tertio capitulo de prædestinatione Sanctorum, tricelimum quoniam huius allegat. Videatur tamen quod Augustinus de spiritu & litera, responsionem predicit non dixerit determinando finaliter, sed portis dubitando, & disputatoriæ inquendo. Illo namque capitulo tricelimum primo dicit; Hoc disputatio si quæstioni illi solvendæ sufficiat, sufficiat: Et infra; Cui responsio ista displicet, quia tria doctiores: Item tunc secundum istos, non esset nisi vera vocatio, scilicet pulsans & excitans, non aperiens, & inducens, & fictas confessare, quod est plene contra Augustinum de prædestinatione Sanctorum, vicecum secundo distinguente duplicem vocationem, Vnam, quæ dicitur est; Multi sunt vocati; Et aliud vnde agit, quia vocantur electi & sunt, de qua dicit Apostolus; Sitte preuentitia sunt; dona Dei & vocatio, id est, sine mutatione stabiliter fixa. Ad Apostolus. hanc vocationem qui pertinent, omnes sunt docibilis Dei; Nec potest eorum quisquam dicere; Credidi ut sic vocatus; præuenit eccl. quippe in seruicordia Dei, quia sic vocatus est ut credere. Hanc etiam vocationem capitulo vicecum tertio dicit; Vocationem secundum propositum Dei, secundum illud Apostoli ad Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti, secundum propositum feliciter voluntatis diuina, non sibi. Vnde & capitulo vicecum sexto, magna disputatio contra Pelagianos præhabita, sic concludit; Ergo Deus operatur in cordibus hominum vocatione illa secundum propositum suum, de qua multum loquuntur summi, non ut inaniter audiant Euangelium, sed eo audito, convertantur, & credant. Item hoc est contra Apostolum, prieo ad Corinios, tertio, sic scribentem; Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Dei, qui secundum Glossam, isti non dant aliquid ex se, sed solus Deus C qui dat in se in se incrementum. Item Augustinus de Fide ad Petrum, 64. Firmissime Angustinus. tene, & nullatenus dubites, posse quicunq[ue] hominem, quem nulla aduersitas prohibeat, verba sanctæ Legis & Euangeli legere & audire, sed diuinis mandatis obedire neminem posse, nisi quem Deus gratia sua præuenit, ut quod audit corpore, corde etiam percipiat, & accepta diuinis bona voluntate mandata Dei facere velit & possit. Neque enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, quietiam operatur in nobis, & velle & perficere pro bona voluntate, scilicet sibi, non sibi, secundum glossam ad Philippenses, secundo; Item prieo ad Thessalonicenses secundo; Gratias agimus Deo sine intermissione quia cum acceperisti a nobis verbum auctoritatis Dei, accepisti illud, non ut verbum hominum, sed sicut est, verbum Dei, qui operatur in nobis qui creditis in id insum. Si tamen Deus non aliter operatur in pulsando & vocando aperiens & crederet, quæcumq[ue] alios, non dicere; Apostolus; Qui operatur in vobis qui creditis; Imo istius videtur exprimere, quid Deus in eis specialiter operatur, cum dicit in id ipsum, scilicet id ipsum quod creditis. Vnde Augustinus tractans hoc verbum de prædestinatione Sanctorum, vicecum sexto, dicit; Quid est quod hinc gratias Deo agit? nempe vanum est arguio nane, si cui gratias agit, hoc ipse nota fecit, sed quia hoc vanum & inane non est, profecto Deus, cui de hoc operare gratias agit, ipse fecit, cum percipiat ab Apostolo verbum auctoritatis Dei, cum exciperent illud non ut verbum hominum, sed sicut est, verbum Dei. Igitur Deus operatur in cordibus hominum non ut inaniter audiant Euangelium, sed eo audio convertantur & credant. Nonne & hoc est quod veritas ipsa dicit; Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit illum? Scriptum est in Prophetis; Et erunt omnes docibilis Dei; Omnis qui audiu[er]t a Parre, & dicit, venit ad me, Joh. sexto. Super quod Augustinus, prima parte super Iohannem homilia, vicecum sexta, dicit; Omnes reguillius homines docibilis Dei erunt, non ab hominibus audient, & si ab hominibus audirint, tamen quod intelligent, intus dator, intus coruscat, in tuis reuelatur; quid faciunt homines formulos annuntiantes? Quid facio ego modo cum loqueror? Strepitum verborum in genio auribus vestris. Nisi ergo reuelerit ille qui intus est, quid deo? aut quid loqueror? exterior cultor arboris, interior est creator; qui plantat & qui rigat extinsecus operatur, hoc facimus nos; sed neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, hoc est. Erunt omnes docibilis Dei. Qui omnes? omnis qui audiuit a Patre & didicisse, venit ad me. Videtur quomodo trahit Pater. Idem decimo-quinto de Canticis Dei, sexto loquens de multiplici correctione hominum facta per homines, Hoc, inquit, modo curarunt cibos canticis Dei, in hac terra peregrinantes, & pacem supradicti patres suspirantes; Spiritus autem sanctus operatus extrinsecus, ut valeat aliquod medicina que adhibetur extinsecus; alioquin erit si Deus ipse viciis creatura sibi subdita in aliqua specie hu-

Gregorius.

Propheta.  
Salomon.

Gregorius.

Coffea in 1e-  
rem. 36.Augustinus.  
cor

Marc. 3.

II 25<sup>um</sup>.

magna sensus alloquuntur hominibus, sicut filios corporis sive filios quos natus sumillimus habemus in formo, nec interiore gratia mitem regat arque aeternitil prodest homini omnis pre-  
dictio: eritis. Fasit autem hoc Deus, a vatis misericordie re valo discernens, dispensatione  
qua ipse nouit multum occulta, sed tamen iusta. Venerabilis quoque Beda: super Luc. 4.  
tractans illud Luc. 5. Preceptor, per teum no[n] etiam laborantes nihil ceperimus, in verbo au-  
tem tuo laxabo rete, sic ait: Nisi Dominus adiutor erit domum, in vanum laborauerunt, qui  
adiificant eam; nisi Dominus cor illustraverit auditorum. Doctor in nocte laborat, non in ver-  
bo gratiae supernae relaxata fuerint instrumenta disputationum, fructu vocis sua predicatori  
iacutum initit, quia fides populum non in sapientia verbi composita, sed diuinae vocationis  
munere prouent. Gregorius etiam I. Moral. 5. super illud Iob 12. Si destruxerit, nemo est  
qui adiiceret, ita scribit, Omnipotens Deus humatum cor delruit cum relinqui, sedificat cum  
replet. Vnde pluresque fit ut cum audientis cor, exigitibus culpis, omnipotenter Dei gra-  
tia non repletur, incassum exterioris a predicatori mouetur, quia mutum est os omniae quod  
loquitur, scilicet interioris in corde non claret, qui aspirat verba que audiuntur. Hinc Propheta.  
ait, Nisi Dominus adiutor erit, &c. Hinc Salomon dicit, Considera opera Dei, quod nemo  
possit corrigerem quem ille despexit. Nec mirum si a corde reprobo predicatori minime an-  
diatur, dum non aequaliter quoque Dominus, in his que loquitur, relistentium moribus  
impugnat. Hinc est enim quod Cain, etiam diuina voce admoneri potuit, & mutari non  
potuit, quia exigitibus culpa malitia, iam intus Deus cor reliquerat, cui foris ad testimonium  
verba faciebat. Qui & homilia 30. super Evangelium exponens illud Iohann. 14. Ille vos do-  
cebit omnia, ita scribit, Quia nisi isdem spiritus cordi assit audientis, otiosus est sermo Do-  
ctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligat, quia nisi virtus  
intus sit, quia doceat, Doctoris lingua exterioris in vanum laborat. Ecce vnam loquentis vo-  
cem omnes pariter audit, nectamen pariter sensum audire, vocis percipit. Cum ergo vox  
dispar non sit, cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligentia, nisi quia per hoc quod vox  
loquentis commentiter admonet, est magister interior, qui de vocis intelligentia quodam spe-  
cialiter doceat? De hac vocatione spiritus rursus per Iohannem dicitur, Sicut vocatio eius nos do-  
cet de omnibus. Per vocem ergo non insinuitur, quando mens per spiritum non vnguit. Sed  
cor ista de doctrina hominum loquitur, quando & ipse conditor non ad eruditioem hominis  
loquitur, si eidem homini per vocationem spiritus non loquatur. Certe Cain priusquam fra-  
tricidium opere perpetraret, audire, Peccati, quiescebat, sed quia culpis suis exigeundis, voce  
est admonitus, non vocatione spiritus, audire verba potuit, sed seruare conseruavit. Glossa quo-  
que super illud Ierem. 36. Ex ore suo loquebatur, &c. & ego scribebam, sic ait: Etiam audito-  
ribus necessaria est gratia Spiritus Sancti: Nisi enim assit spiritus, sermo Doctoris est otiosus, v-  
nam loquentis vocem omnes pariter in Ecclesia audimus, sed non omnes pariter intelligimus,  
sed sicut vocatio Dei docet nos de omnibus. Ipse quoque conditor non ad eruditioem homini  
loquitur, si per vocationem spiritus non loquatur. Dicitur enim ad Cain, Peccasti, quiesce-  
ce, sed quia culpis prohibentibus non est vincitus, verba Dei audire potuit, sed non seruare. Sic  
Iochaim & serui eius verba Dei audire poterant aure corporis, sed non cordis. Cui & concor-  
dat Aug. de Correptione & gratia 10. ita dicens. Tunc salubris est correptio quando supernus  
medicus respicit: Non enim aliquid proficit nisi cum facit, ut quantumcumque peccati sui pre-  
nicate; & quis hoc facit, nisi qui respexit Petrum Apost. negantem, & fecit fieri? & istam  
sententiam per totum librum ostendit. Amplius autem si homo ex se rancummodo aperire Deo  
sic pulsanti, vocanti, & gratiam offerenti, videretur quicquid quidam obstinari, vel alii, ex causis va-  
riis nullatenus aperire, quod falsum est, quoniam quicunque iuxta sententiam Apost. secundum  
propositum Dei vocati sunt sancti, necessario veniente sine mora. Nam alias frustratur diu-  
nate propositum voluntatis, quod capitulo 10<sup>um</sup>. non permittit; & deoq; Marc. 3. dicitur, voca-  
uit ad se quos voluit, & venerunt ad eum. Nec potest dici, quod Deus vocando electos non pro-  
ponit, nec vult quod veniant, sed hoc corum relinquit arbitrio. Nam per cap. 12<sup>um</sup>. velvult  
illud, vel eius oppositum; & non esse oppositum, quia tunc per cap. 10<sup>um</sup>. non venient, nec  
enim Apost. & Aug. tunc eos specialiter nominarent vocatos secundum propositum, scilicet  
Deivocantis, vt patet ad Rom. 8. & per Aug. de praedestinatione Sanctorum superius allega-  
tum: & in capitulo 22<sup>um</sup>. non est, non decaret, quod Deus pulsaret indeterminatus quid fa-  
ceret, & determinaretur ab alio, sicut superior est argumentum; & quia tunc haberent rationes no-  
uetias, & in quaunter mutaretur contra capitulo 23. & 25. nec deceter etiam illo modo, quod  
aliqui causaliter aut fortuito respectu Dei, fierent sancti filii Dei & heredes regni, propter ca-  
pitulum 27. & alia que sequuntur. Non ergo videntur quicunque aliquis, quoniamque quan-  
tamlibet obstinatus secundum propositum Dei vocatus resistat. Vnde Augustinus de pre-  
destinatione

A destinatione Sanctorum 9. loquens de gratia huius vocationis sic dicit, Hic itaque gratia  
quae occulte humanae cordibus diuina largitate tribuitur, a nullo dire corde respicitur: ideo  
quippe tribuitur, vt cordis duritas primis afferatur. Quia ergo Pater intus audierit &  
docet, auctor cor lapideum, & creat cor carneum, sicut Propheta predicente promisit. Item  
Iohann. 6. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet; id est, omnis praedestinatus & electus:  
si tamen hoc dependet originaliter ab illorum liberta voluntate, non Dei, aliqui ipsorum  
resistat non venirent. Ideo dicit ibi Beda, Hi autem sunt quos Pater dat filio, quos per eccliam  
inspirationem facit credere in filium. Cui consentit Augustinus de praedestinatione  
Sanctorum 9. sic dicens; Omne quod dat mihi Pater, &c. Quid est, ad me veniet, nisi cre-  
deret in me? sed vi fiat, Pater dat. Videatur etiam quod si ipsi crederent per seiplos, magis ip-  
simet darent se filio, quam Pater tantum pulsans: Persolum namque pulsare, nequam  
de sorte filii sunt effecti, sed per credentes nesciem eum. Ad idem facit, quod infra dicit, co-  
Bdem, Omnis qui audit a Patre & didicit, venit ad me: ergo Pater docet eos & facit eos cre-  
dere in filium. Vnde cum immediate premisisti, Nemo potest venire ad me, nisi Pater tra-  
xerit illum, quasi exponendo illum modum trahendi, subiungit, Scriptum est in Prophetis,  
& cuncti omnes docibiles. Ici, Omnes qui audiunt a Patre & didicunt, venit ad me, quasi dice-  
ret, Pater trahit ad me si docendo. Hoc etiam latius exprimit Augustinus de praedestinatione  
Sanctorum: ubi prius, Quis est, inquietus, Omnis qui audiuit a Patre, &c. nisi nullus est  
qui audiat a Patre, & dicat, & non veniat ad me? Si enim omnis qui audiuit a Patre & di-  
dicuit, venit; profecto omnis qui non venit, non audiuit a Patre nec didicit. Vnde remota  
est a carnis sensibus. Schola hec, in qua Pater andatur, & docet ut veniat ad filium: ibi est &  
ipse filius, quia ipse est verbum eius per quod sic docet, nec agit, hoc cum carnali auro sed  
cordis. Simili est & spiritus Patris & Filii; neque enim ipse non docet, aut separatis docet;  
Inseparabilis enim sunt opera Trinitatis. Item si peccator posset per se credere praedicanti,  
C & peccata dimittere, posset se per se discerner & separare ab alijs peccatoribus, ancien-  
tibus, nec facientibus modo dicto, contra Apostolum 1. ad Corinthi. 4. Quis enim te disser-  
nit? scilicet a perditis, vel perdendis, quasi dicas, solus Deus; quod rex sequens ostendit, cum dicit, Quid enim habes, quod non accepisti? &c. quem intellectum testatur: Augu-  
stinus de correptione & gratia, & allegatur ibi in Giesla Lombardi, sic dicens; Quis enim te  
discernit a massa peccatorum? Nullus, nisi Deus: solus ideo separat te a perditis: Sed  
quia homo inflatus posset respondere voce vel cogitatione & dicere, discerit me fidem mea,  
iustitia mea, & oratio mea, occurrit Apostolus dicens, Quid enim habes quod non accepisti?  
Item de praedestinatione Sanctorum 6. sic dicit, Natura in qua nobis data est possibi-  
litas habendi fidem non discernit hominem: ipsa vero fides discernit ad infidelem  
fidelem; ac per hoc, ubi dicitur, Quis enim te discerit? quid habes quod non accepisti?  
\* quiquam audet dicere, habeo haec ex meis, non ergo accepi; profecto contradicit \* quiquis  
D apertissime veritatem; non quia credere vel non credere non est in arbitrio voluntatis huma-  
nae, sed in electis preparatur voluntas a Domino; ideo ad ipsa quoque fidem, quae in vo-  
luntate est, pertinet. Quis enim te discernit? quid habes quod non accepisti? & sequitur ca-  
pitulo septimum: Multi audiunt verbum veritatis, sed alii credunt, alii contradicunt; volunt  
ergo isti credere, nolunt illi, quis hoc ignoret? sed cum in alijs preparatur, in alijs non pre-  
paratur voluntas a Domino; discernendum quid eveniat de misericordia eius, quid de iudi-  
cio. Idem de gratia & libero arbitrio 15. Dicunt: Pelagiani vitam eternam meritis nostris  
reddi: eti si merita nostra sic intelligent, vt etiam dona Dei ipsa cognoscant, non effe-  
probant ista sententia: quoniam vero merita humana sic predicate, vt ea ex lemetipo ha-  
bere hominem dicant, rectissime respondet Apostolus, Quis enim te discernit? quid habes  
quod non accepisti? si autem acceperis, quid gloriaris, quasi non acceperis? protus talia  
cogitatis. Verissime dicitur, dona tua coronat Deus, non merita tua, si ubi in ipsis, non ab  
E illo sunt merita tua; Hic enim si talia sunt, enila sunt, que non coronat Deus; si autem  
bona sunt, Dei dona sunt, quia sicut dicit Iacobus, Omne datum optime &c. dicit, &  
Iohannes precursor Domini, Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de-  
super; utique de celo in terram venit Spiritus Saactus, quando Iesus ascendit in altum cap-  
titum duxit captiuos ait, dicit dona hominibus, & sequitur capitulo decimo septimo. Si ce-  
go Dei dona sunt bona merita tua; non Deus coronat merita tua, tanquam merita tua, sed  
tanquam dona sua. Istam quoque sententiam diffusè persecutus consequenter; Qui & super  
illud Psalmi 118. Retribue seruatio &c. Nolquam, inquit, sc extollat humana superbia: do-  
nas suis Deus retribuit bona premia, sed iste qui iam orat, & dicit, Retribue seruo two, viuant, si  
penitus

penitus iam est mortuus, non erat, sed ab illo accepit initium bona concupiscentia, à quo viam poscit obediens. Idem ad Sextum P. 2. capitulo, recitamus erro 3. obtemperant illi 27. Cum, iisque, Deus coronat merita nostra, nullus aliud coronat quam munera sua; unde vita eterna quæ à Deo in fine precedentibus meritis redditur, quæ & eadem merita, quibus redditur, non à nobis sunt, sed in nobis, sicut sunt per gratiam, & ipsa recte gratia nuncupatur, quia gratis datur, nec ideo gratia quia non meritis datur, sed quia data sunt per gratiam & propter merita quibus datur. Amplius autem sicut ex 2. capitulo poterit apparere, in genere aperiens utrum est aliquid primum aperiens principale, in cuius virtute aperiunt aperiens cetera, veluti instrumenta cetera; ut hanc tunc quasi claves possibles, insimilis vero potentia viens clavis: Ipsius enim est ille tantus & verus, qui habet clavem David, qui aperit & nemo claudit, qui claudit, & nemo aperit. Apocalipsis tertio sicut prædictum erat Eze 22. Dabo clavem domus Davidis super humerum eius, & aperiet, & nemo est qui claudat, & claudit & nemo erit qui aperiat. Ideoque tota deuote orat Ecclesia cum Psalmista, Dominus, Labia mea aperies, & cum Machabeis, Adaperiat Dominus cor vestrum in lege sua, & in preceptis suis. Ipse igitur Dominus aperit corda nostra, & in multis locis qualiter vires nostras, quod in aperiendo aurum surdi, & in locis vinculi loquaciam cùndem muti gemitato miraculo ostendit dignabatur, dum digitos nostrorum in auriculis eius misit, & spiritu suu clementia ceperit linguam eius, & suplicios in cœlum ingenerando fecit. Et hanc, quod est adaperire, Marc. 7. qui surdus & mutus secundum Bedam, in quadam homilia, significat eum humanum, quod postquam contemptu diuino mandato suuationi serpentis obediuit, & ligatum verum degeneravit, surdum & mutum spiritualiter est effectum. Et secundum eundem recitat ibi Glossa, Suscepit in cœlum, ut inde mutis loquelam, inde auditum surdis, inde cunctis instrumentis ad docerent esse querendam. Item Act. 14. Aperit Deus gentes ostium fidei. Huius etiam aperiens dominica talis est illa "zona purpuraria, cui Dominus aperit cor intendere his quæ dicebantur a Paulo, Act. 16. Quod & contestatur Apostolus ad Coloss. 4. dicens, C. Orationi instate, ut Deus aperiat vobis ostium sermonis, & multa similia occurruunt scriptis in Scriptura. Super hoc autem verbum Apostoli dicit Augustinus de prædestinatione sanctorum 27. per hunc modum, Quomodo aperitur ostium verbi, nisi cum sensu aperitur audiatur ut credatur, & in inicio fidei factio, ea quæ ad ædificandam salubrem doctrinam prædicatur, & disputantur admittant, ne per infidelitatem corde clauso ea quæ dicuntur improbat ac repelat? Vnde & ad Corinth. 1. Ostium mihi apertum est magnum & evidens; & aduersarii multi. Quid hic aliud potest intelligi, nisi predicatori ibi per eum primitus Euangeliu credidisse multos, & multos fideli ejusdem aduersarios extitisse, secundum illud Domini, Nemo venit ad me, nisi cui fuerit datum à Parce meo: Et vobis datum est nosse mysterium regni, illis autem non est datum. Ostium ergo apertum est in eis quibus datum est, aduersarii autem multi ex eis quibus non est datum. Dicitq; idem Apostolus; Cum venisset Tradidem in Evangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in Domino, &c. valefaciens illis, cxi in Maledictionam. Quibus vale fecit nisi eis qui crediderant, in quorum scilicet cordibus Euangelizanti apertum est ostium? & hæc parva digressione subiungit; Verum redeamus ad aperiendum ostium, quasi initium fidei audiendum significat Apostolus; Quid est, orantes simul, ut Deus aperiat vobis ostium verbi, nisi aperiensima demonstratio, etiam ipsum initium fidei esse donum Dei? Non enim orando petetur ab eo, nisi ab eo fieri credetur. Hoc donum celestis gratie in illam purpurariam descendebat, cui sicut Scriptura dicit in actibus Apostolorum, Deus aperit sensu, & intendebat in ea quæ à Paulo dicebantur: Sic enim vocabatur ut crederet. Agit quippe Deus quod vult in cordibus hominum, vel adjuvando, vel iudicando, ut etiam per eos imploraret, quod manus ejus & consilium prædestinaret fieri. Melius igitur mihi videtur & tunius, totum regimen ostiorum nostrorum ostiatio tali committere, qui nunquam sapore deprimitur, nulla illusione decipitur, nulla corripione allicitur, nec villa vincitur potest arte, qui aperiendo vel claudendo nunquam errare potest in minimo: quam E. totum nobis, vel partem sibi, & patrem nobis impotentibus, fatuis, & corruptis, qui vix unquam aperimus vel claudimus non errantes: Non ramen ut nos somnolentia vacemus & ostio, sed ut sub eius felici regimine, non supra, nec secus, semper operibus gratia via, hancissime insistamus. Vnde Augustinus de bono pereuerant, 9. Tuniores viuimus, si totum Deo damus, non nos illi ex parte, & nobis ex parte committimus. Ipsi ergo metu totum tota deuotio committit, ac eius gratissimæ gratia tota sit me submittit. Et si obijcant illud Apoc. 3. Siquis aperierit &c. Et illud dilecti pulsantis, Aperi mihi foror mea Cantus 5. dicendum, sicut ad similia 35. cap. dicebatur, quod per hunc modi liberum arbitrium excusat, nec ex hoc sequitur, quod possit solis proprijs viribus aperire, sicut nec implere omnia alia dicta mandata, que similiter imperantur.

*Contra quosdam putantes hominem ex se tantum posse mereari primam gratiam de congruo, non de condigno.*



Rater istos autem sunt alii non contenti gratia gratis data, sed volunt quod vendatur à Deo, & ematur ab eis aliquo precio licet vili, congruo tamen ut afferunt, non condigno. Dicunt enim homines ex sensu proprijs viribus gratiam Dei mereri de congruo, non autem de condigno. Et quia iste error est famosior ceteris his diebus, & nimis multi per ipsum in Pelagianum precipitum dilabuntur; necessarium videtur ipsum diligenter examine perscrutari. Porro hic error non multum differt realiter ab alijs superiori recitatis, potest cum illis similiter confundari: Nam omnes pœnè rationes, & autoritates, contra illos adducuntur, contra hanc procedure similiter recta fronte. Sequitur enim ex ista, quod grata sit ex operibus & meritis, cum errore Pelagi radicalli; sequitur etiam quod grata sit ex meritis saecula, ut ex causa partiali & causa cum primo errore sequente; & quod merita illa de congruo sint latentes causa & dispositio preparatoria gratia cum secundo, & quod quis possit mereri de congruo per se solum, si cut tertius error ponit; quod homo potest solis proprijs viribus aperire. Præterea si quis de congruo primam gratiam meretur, hoc est priusquam habeat gratiam latenter prioritatem naturæ; sed priusquam habeat gratiam de qua loquor, scilicet gratificatorem ad regnum, non habet etiam charitatem. Ipsa enim sola dividit inter filios perditionis, & regni, ut dicit Augustinus 1. de Trinitate, 1. & pater per Apostolum 1. ad Corinth. 13. quare nec diligit Deum omnino, vel sicut non amore gratuito, sed libere & principaliter propter illum. Quapropter nec aliquid meretur ab eo, & maximè nullum bonum gratuitum arram certam boni maximæ recipiunt: Nam quia fronte vendicas quis remuneracionem à Deo, cui nullum tantum donauit; aut quo titulo exigit retributionem ab eo, cui nullum aliquid tribuere & quoniam meretur quis quisquam à Deo, qui nihil facit pro eo? Vnde Matthei 6. Accidit, ut iustum veritatem faciat coram hominibus, ut videamini ab eis, alioquin mercede non habebitis apud Patrem vestrum qui in celis est: vbi Chrysostomus; Quid autem à Deo recipies, qui Deo nihil dedisti? Nam quod propter Deum fit, Deo datur, quod autem propter homines fit, in ventos effunditur. Ad hoc & facit efficaciter Augustinus, 1. contra Pelagium & Cælestium de gratia Christi, & de peccato originali, 22. sicut 37<sup>th</sup> recitat. Adiuva autem & si quis arbet Deum, & faciat pro eo, non propter se, sed ut prospera sibi concedatur, vel aduersa prohibeatur, redit idem. Quomodo namque talis plus meretur à Deo, quam venditor ab emptore? & præter hoc, magis diligenter concessione: istorum, & prohibitionem illorum, quam Deum, & cum ista diligat proprie seipsum, magis diligit seipsum quam Deum. Semper enim propter quod vnuquodq; illud magis est: ut propter quod amamus, illud magis amicum est; i. Post. 2. Imo sicut 26. capitolo fuerat declaratum; Qui diligenter propter aliquem certum finem, non diligit hunc, sed suum, ergo necum sic diligens non meretur, sed peccat; facit enim contra regnum & debitum ordinem diligendi, teneat parte 30: corollarii, primi, bius; & contra præceptum diligendi Deum ex toto corde, & tota anima, & tota fortitudine, atque intento. Denonc. 6. & Mat. 2. Talis quoque se fruatur, & vituit ipso Deo; ergo constat cum peccare, ut pater diffuse per Aug. De doctrina Christi, cap. 1. & post: & recitat Lumb. 1. Sent. dist. 1. Patefactam quoddam talis non meretur. Nullus enim operando meretur, nisi habeat intentionem recipi, ita ut recipiat recti finis: Nam sicut in naturalibus motus denominatur à fine, sic & in mortalibus sicut & pater 34. huic. Tali autem extra charitatem non habet intentionem recipi: Nullus enim est intentio recti nisi quæ finaliter iuncta mediante tendi, in Deum, vel sorbita mediante, quæ forte immedieate fertur in creaturam, & per illam finaliter in Deum, & hoc super omnia gratuita propter insimilis, sicut 30. pars tot. 1. docet. Si enim propter aliquid aliud finaliter appetatur, iam illud aliud magis est finis intentus, sicut præhabita manifestant; & cum cetera naturalia in quantum accepit a natura, in tantum per inclinationem naturalem hoc faciunt; homo qui ad hoc accepit potentiam intellectualem, & libere voluntuam, debet hoc facere scienter & libere secundum potentias ad hoc finaliter sibi datas. Homo ergo quicunq; agere non sic dirigit actualiter nec habitualiter intentionem suu finaliter in Deum, & hoc gratuito

Philosophus

Sapient.

Ioh. 14.  
Gregorius.

Apostolus

proper ipsum, facit contra naturalem ordinem vniuersitatis; quare & peccat in naturaliter contra naturam; & contra Deum, principium, & finem, ac summum auctoritatem naturae; & ordinis naturalis, vel sicut non meretur. Hoc etiam patet per Augustinum 1. de doctrina Christiana, vbi prius: Si enim intentio tua sit recta, intendens fruatur Deo, vel per illum vivitur creatura: & si fruatur Deo, patet propositum; Si autem vivit creatura, cum secundum Augustinum ibidem, vti sit id, quod in vsum veniet, referre ad probandum illud quo fruendam est; alias abutit est: non vti. Nam, sive illicitus abulus, vel abusus, nominari debet. Adhuc patet, Nam vsum creaturae, si non refertur in Deum, et vsum illicitus, ergo peccatum, vel aliter non est recte factum; ergo illatenetio non est recta, ne calumnias intentio sine charitate & gratia gratuito super omnia fertur in Deum; quoniam sicut nullius intellectus sine fide fideliter fertur in Deum, ita nullius affectus sine gratia grata fertur in Deum, ita quod habeat Deum gratuitum super omnia sibi charum. Eadem enim est proportio b. & h. Item si homo sine gratia charitatis posset Deum amare gratuio super omnia alia, & possit similiter cognoscere omnia alia mendata, & feruare ea, quia qui potest mali, potest & minus; sed mandatum de dilectione Dei est primum & maximum, Matt. 22. Imo quicunque Deum diligenter, nullo modo sciret cum offendere, nec aliquid eius mandatum contemneret. Hoc enim tantum dilectionis (repugnat explesse) federa omnia pro viribus conservaret. Dicit enim Philosophus a. Eth. 4. Ponunt enim voluntem & operantem bona vel apparentia illius gratia, puta amari; & 2. Rhetor. suz 5. Sit, inquit, velle, amare alium, quia putat bona, illius gratia, sed non sui, & secundum post aetium esse horum: Vnde & Sapientia sexto; Dilector, custodio, seu custoditio legum illius est: Quare & veritas ipsa dicit, Siquis diligit me, sermone meum seruabit, Ioh. 14. Super quod Gregorius Ioh. 30. Probatio dilectionis exhibito est optima. Hinc in epistola sua, idem Iohannes dicit: Qui dicit, quia diligo Deum, & mandata eius non custodit, mendax est; vere enim diligimus, si mandatorum seruamus; vere diligimus, si nostris voluntatibus nos coartamus. Nam quod adhuc per illicita desideria defluit, profecto Deum non amas, quia eis in voluntate tua contradicis. Apostolus ad Rom. 13. similiter argueret, sic concludit: Plenitudo ergo legis ei dilectio; quare nec sine gratia charitatis, posset quis esse in statu salutis. Nam Luc. 10. dicit: Salvator, Hoc fac, id est, serua mandata, & viues. Frustra ergo ponuntur huius habitus, scilicet fides, spes, & charitas super aetualiter nobis infusi, cum sine his naturalia nostra nobis sufficiant ad faciendum & feruandum omnia diuina mendata, sicut Pelagius afferbat, & tecum Augustinus de heresis 88. & Petrus 2. sentent. dist. 28. & Iohannes 8. Eth. 14. & Canon. 24. quart. v. Quidam autem. Sed Doctores nostri Catholicci dicunt nos istis tribus habitibus, vel alijs proportionalibus indigemus, quia cum anima nostra aspectus & affectus per molem corporis seu peccati, vel per naturalem impotentiam deprimentur, in tantum quod non possunt Deum videre debite, nec amare, & velutiam propter improportionem tam excellentis obiecti, necessario indigent fidem vel lumine glorie, & charitate seu gratia, quia ipsos eleuent ad Deum, videndum debite & amandum. Vnde & Papa Clemens quintus dicitur: Hoc enim Begardorum dicentem, quod anima non indigeret lumine gloria ipsam eleuante ad Deum videndum, & eo beatitudinem, Extra de hereticis, Ad nostrum. Et hoc nescit nos in statu presentis misericordie, sed etiam Angelorum & priui parentes in statu prima innocentie familiariter inuidicant, quando nullum obicem posuerint mortalem, nec minimum veniale, vt dicit Lumbardus, & probat per autoritates Augustini 2. sentent. dist. 2. 2. & 2. 9. plene. Et si quis dicat, quod virtutes morales satis eleuent affectum ad Deum gratie amandum, contradicetur ei faciliter per priora. Incidit enim in errorem Pelagi supra dictum, quod videlicet homo solus liberi arbitrii viribus sine gratia posset omnia Dei mandata efficaciter adimplere. Hec preceduntur, & instruerunt. Adhuc autem quid simile, sic eleuat Angelos ad angelandum? Amplius autem virtutes morales ex operibus generantur, vt patet. Eth. 1. & 2. nec speciem suam aut terminos suos excedunt, sed ad similes operationes tantum inclinant, ex qualibus generantur. Unde dicit ibi Philosophus cap. 2. Operations & virtutes in eisdem erunt: Sicut enim excederet a voluntatibus efficiunt temperatu, sic effecti maximè postulamus recedere ab ipsis, & licet affecti contempnere terribilia & sustinere ipsa efficiunt fortis, sic effecti maximè poterimus sustinere terribilia. Cum ergo nullus ex puris naturalibus diligat Deum gratuitum super omnia propter seipsum, sed propter aliquem alium finem; habitus ex talibus multiplicatus dilectionibus generatus tantummodo inclinabit ad Deum similiter, & non aliter diligendum. Quapropter & idem Philosophus 8. Eth. & 9. ostendit, quod quilibet quam virtuosus, primo & maximè diligit semipolum, & quod ab hac dilectione omnis alia dilectio & amicitia deriuatur. Octauus namque 2. sic ait, Videtur autem & quod ipsi bonum amare vnuquisque;

&amp; in-

A & infra 7. Sibi ipsi maxime vnuquisque vult bona, & non liberi. Amicabilis autem quae ad amicos, & quibus amicitia determinantur, videntur ex his quae ad seipsum vneisse: & infra 9. quae vnu oportet amare, leplum maxime, & arguit pro, & contra, & determinat quod oportet, vbi & infra 9. Omnis, inquit, intellectus eligit optimum sibi ipsi; epiekes autem obedit intellectui: verum enim quod de studio, & amicorum gratia multa agere, & pati, & si oportet, mori: Projicit enim & pecunias & honores, & totaliter circumcupabili bona, procurans sibi ipsi bonum. Paucum enim tempus valde delectari magis vnuque eligit, quam multum quiete; & vivere bene annum, quam multos annos qualitercumque; & vnu actionem bonam, & magnam, quam multas & parvas. Mortuorum autem & hoc forte accidit, eligunt vnuque magnum sibi ipsis, & pecunias projiciunt vnuque, in quo plura recipient amici. Finit enim quidem amico pecuniae, ipsi autem bonum, ratus autem bonum tribuit sibi ipsi. Ecce secundum doctrinam Philosophi quod virtuosus in operatione sua maxime virtutem intendit, & aetiam finaliter, non Deum gratuio propter Deum, sed proprium bonum suum, proprium comitodium & seipsum, & Deum fortassis propter se hominem. Vnde & Sextus Pictagoras in sententiis suis ait, Sine Deo non poteris vivere Deo; & infra, Sapientem fatum non facit; gratia enim Dei facta non subiaceat. Quapropter & Anselmus de Concord. vlt. dicit, quod voluntas qua est instrumentum, & naturalis libertas arbitrij sine iustitia otiosa est & ancilla facta est sine affectionis quae ad commodum est, quia remota iustitia nihil potest velle, nisi quod illa vult, affectio scilicet commodi; haec autem iustitia proculdubio est gratia Dei ipsa, ex gratia dependet. Iustitia namque tribuit vnuque quod est suum; quare & Deo aet. oram gratutum super omnia propter ipsum, secundum partem 3. & Corollarii, primi huius; quod fieri sine gratia nusquam potest, sicut praecedentia suaserunt. Hoc idem Auselanus, & alii Doctores Catholicci aetius consenserunt: Dicit enim Apostolus, Iustificati gratis per gratiam ipsius, ad Rom. 3. & iterum, Iustificati gratia ipsius, aet. Rom. 3. Apologem. hæredes sumus, ad Titum 3. & iterum, Gratia regnet per iustitiam, ad Rom. 5. & infra 1. c. de Rem. 3. quibusdam opinionis contraria scribita; Ignorantes Dei iustitiam, & suam querentes statuere, iustitia Dei non sunt subiecti; quod tractans Augustinus de verbis Apostoli, ferm. 1. 5. Tn. 3. Rem. 5. & 10. Augustinus. Iustitia, inquit, sit, sed ex gratia sit; a Deo tibi sit, tua non sit: qui & expones illud Psalmi 118. Feci iudicium & iustitiam, scribit ita; Iustitia nomine hoc loco non ipsa virtus, sed opus eius significatum est. Quis enim facit in homine iustitiam, nisi qui iustificat impium? hoc est per gratiam suam ex impiis facit iustum. Vnde Apostolus, Iustificati gratis per gratiam ipsius: Facti ergo iustitiam, id est, opus iustitiae, qui habet in se iustitiam, quibus & multi Autores similia multa dicunt. Quapropter & evidenter appetit nullam virtutem Philosophorum seu moraliter esse veram virtutem, simpliciter rectam, aut iustum, sine charitate & gratia ipsam perficiente; erigente in Deum & ad ipsum finaliter propter ipsum gratuio dirigente. Non enim parum deest virtuti, cui deest vera causa finalis, recta intentione, iustus finis, & præcepta eius finis, qualis cognoiscitur esse Deus. Vnde nec minus clarè perpenditur, nullum opus virtutis huiusmodi per charitatem & gratiam non formare; & vnuersaliter nullum opus cuiuslibet, veram virtutem charitatis & gratiae non habentis, est simpliciter virtutem, rectum, aut iustum; quinimodo & quolibet tale opus, est aliquo modo peccatum. Nam quomodo possit opus esse virtutem, rectum, & iustum simpliciter, quod non a tali virtute procedit, que rectam causam finalem simpliciter, rectam intentionem, & iustum finem non habet? imo quomodo possit opus non esse quomodo obliquitas aut peccatum, quod a recto, debito, & iusto sine simpliciter ad alium distinxeretur, & ibi requiescat finaliter ultimata? Quare & Plato. Aristoteles. Augustinus.

B

C

D

E

dixisti

Absit vel sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit iustus verè, nisi viuat ex fide; iustus enim ex fide A viuit. Quis portò eorum qui se Christianos habent volunt, nisi soli Pelagiani, aut in ipsius cùm am forte tu solus, iustum dixerit infidelem, iustum dixerit impium, iustum dixerit Diabolo mancipatum? Portò si veram iustitiam non habent impii; profectò nèc alias virtutes commites & socias, si quas habent, veras habent; ac per hoc nec conscientia, siue pudicitia, vera virtus est impiorum, quia cum non ad suum referuntur autorem dona Dei, hoc ipso malo, his vites efficiuntur iusti. Et infra 8. Noueris, inquit, non officijs sed finibus à vitijs discernendas esse virtutes; officium est autem quod faciendum est; cum itaq; facit aliquid homo vbi peccare non videtur, si non propter hoc facit, propter quod facere debet, pecare coniunctur; que ramen non attendens fines ab officijs separati, & virtutes veras officia sine finibus appellata esse dixisti; ex quo te tanta absurditas sequitur, ut veram appellate cogitis iustitiam, quam cuius Dostinatu reperteris agitari. Siquidem manus abstincte ab alieno, si officium cogitis, potest videri esse iustitia; si tamen queritur, quare fiat, & respondetur, nè plus pecunia litibus B percat, quomodo iam hoc factum verè potest esse iustitia, cum seruant auaritiae, quales virtutes Epicurus induxit voluntatis ancillas, que omnia quicquid facerent, propter illam vel adipiscendam facerent, vel tenetam? Absit autem, ut virtutes veræ cuicunque seruant nisi illi, vel propter illum, cui dicimus, Deus virtutum conuerte nos. Proinde virtutes quæ carna libus delectationibus, vel quibuscumque commodis & emolumentis temporalibus, seruant, vera prorsus esse non possunt; qua autem nulli rei seruire volunt, nec ipsæ vere sunt. Vera quippe virtutes Deo seruant in hominibus, à quo donantur hominibus; Deo seruant in Angelis, à quo donantur eis Angelis; quicquid autem bonum sit ab homine, & non propter hoc sit, propter quod fieri debet vera sapientia precipit, eti⁹ officio videatur bonum, ipso non recte fine peccatum est. Et infra 12. recitat replicationem Juliani heretic⁹, responderet sic dicens, Ecce eadem commemo ro quæ ipse posuisti. Si gentilis, qui non viuit ex fide, nudum, operuerit, periclitatē liberauerit, egri vulnera souerit, diuina honesta amicizie C impenderit, ad testimoniū fallsum nec tormentis poterit impelli; quero abs te, virum huc operata bona bene faciat an male, si enim quāmis bona, male tamen facit, negare non potes cum peccare, qui male quodlibet facit, sed quia cum non vis peccare cum illa facit, protectō dicturus es, & bona facit, & bene. Fructus ergo bonos facit arbor malæ, quod fieri non posse veritas dicit. An dici hominem iofideli arborem bonam? placet ergo Deo, & vbi erit quod scriptum est, Sine fide impossibile est placere Deo? Vide itaque virum infidelē voluntatem audaces dicere bonam voluntatem. Sed forte dicturus es, misericors voluntas bona est; recte istud dicetur, si quemadmodum fides Christij id est, fides quæ per dilectionem operatur semper est bona, si misericordia semper est bona; si autē & repertur misericordia mala, qua persona pauperis accipitur in iudicio; propter quam postrem rex Saul meruit à Domino & utique misericordia damnata, qua contra eis præceptum capitulo regi per humanum peperit affectum; attente cogita, nè forte misericordia bona non sit, nisi quæ bona huius fidei fuerit; immo re D sponde, ut hoc sine dubitatione prospicias, virum bonam misericordiam existimare infideliem? Porò si virtus est male misericordia, proculdubio virtus est misericordia infideliter, quod si & ipsa per seipsum naturali compassione opus est bonum, eum isto bono male virut, qui infideliter virtut; & hoc bonum male facit, qui infideliter facit; qui autē male faciliter aliquid profecto peccat, ex quo colligitur etiam ipsa bona opera, quæ faciunt infideles, non ipsorum esse, sed illius qui bene virut malis; ipsorum autem eis peccata, quibus & bona male faciunt, quia non fidei sed infideli, id est, stulta & noxia hoc faciunt voluntate. Et infra 13. Intellige quod ait Dominus, Si oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum erit; Si autem oculus tuus est sim plex, totum corpus tuum lucidum erit; & hunc oculum agnoscit intentionem quæ quisq; facit, quod facit, & per hoc dicere cum qui non facit opera bona, intentione fidei bona, hoc est quæ per dilectionem operatur, torum quasi corpus, quod illis, velut membris, operibus constat, tenebrosum esse, hoc est plenum nigredine peccatorum. Amor enim mundi quo quisque am E ens est huius mundi, non est ex Deo; amor suendi quibuscumque creaturis sine amore creatoris non est ex Deo; Amor autem Dei, quo perueniatur ad Deum, non est nisi à Deo parte per Iesum Christum in Spiritu Sancto. Per hunc amorem Creatoris bene quisq; vt utrū creatura contra Iulianum 13. Quod, inquit, dicit (scilicet Julianus) multos Philosophorum patientiam, castitatem, modestiam, aliasque de Natura bona habuisse virtutes, constat quod quicunque Philosophorum Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam nescierunt, hi nullam verè virtutem sicut nec veram sapientiam habere nullaratione potuerunt. Unde & in sententijs Properi propositione 106. Omnis infidelium vita peccatum est; Bonum enim nihil est sine summo

A summo bono: Vbi enim deest agnitus aeternæ & incomparabilis veritatis, falsa virtus est, etiam in optimis moribus. Quapropter & Apostolus, primo ad Corinthios, decimo tertio, Omnes virtutes in charitate radicari demonstrat. Ex his igitur plane constat, quod nulla virtus Philosophica aut moralis, sine gratia charitatis, est simpliciter vera virtus, recta, aut iusta, nec valet erigere voluntatem cretam ad Deum super omnia propter Deum gratuitò diligendum, quin potius ipsam defecit, deflexamur deinceps, ad cuiuslibet comodum proprium, & scipsum. De necessitate ergo requirit aliqua virtus superior supernaturale, heroicæ, & diuina, puta gratia gratis data à Deo, ad erigendam voluntatem cretam insufficiem ex seipso, ad diligendum Deum super omnia gratuitò propter Deum, & finaliter propter eum. Hoc autem videtur & congrue figura Ezechielis primo, vbi Prophetæ sic ait; Vidi & ecce in faciem meam, & audiui vocem loquentis, & dixit ad me; Fili hominis, si a super pedes tuos, sicut & omni homini ex peccato, seu conditione naturæ cadenti, seu iacenti longiori, imperatur; sed quia per seipsum non sufficit surgere, neque stat, recte subiungitur, & ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos, &c. Quis enī est hic spiritus, nisi spiritus gratia, spiritus Dei sanctus? Quare & Gregorius primo super Ezechielcm, homilia nona, sic ait; Ecce diuina vox iacenti Prophetæ iuluit, ut surgeret, sed surgere omnino non posset, nisi in hunc Omnipotens Dei spiritus intrasset. Huic & concordanter Daniel ita dicit; Facebam confernatus super faciem meam, D. mel. vultusque meus habebat terrę, & ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum, &c. Danielis decimo; Quia enim est hæc manus, nisi manus diuina gratia adiutoris? Quapropter & Augustinus De spiritu & litera, undecima, dicit Augustinus, ita; Demonstrare nūtrum non in eo nos diuinitus adiuvari ad operandum iustitiam, quod la gem Deus dedit plenam bonis suisque praæceptis; sed quia ipsa voluntas nostra sine qua operari bonum non possumus; adiuvetur, & erigatur, imperitu spiritu gratia, sine quo adiutorio doctrina illa litera est occidens. Pectus quoque secundo Sent. fuerit distincte, 24. Ep. Lushandus. inquit, in anima rationali voluntas, vel quæ naturaliter vult bonum, licet tenuire & exilire nisi grada iuverit, quæ adiutoris sinuat eam & erigit, ut efficaciter velit bonum. Et infra Distinct. 25. vltim. Voluntas inquit, hominis quæ naturaliter habet, non valer erigi ad bonum efficaciter volendum, vel opere implendum, nisi per gratiam liberetur, & adiuvetur; liberetur quidem ut velit, & adiuvetur ut perficiat, quia ut ait Apoloius; Non est voluntas velle, neque currentis curare, id est, operari, sed misericordia Dei, qui operatur in nobis velle & operari bonum, cuius gratiam non adiuvat hominis voluntas vel operatio; sed ipsa gratia voluntatem praæuenit præparando, ut velit bonum, & præparatum adiuvat, he frustra velit, id est, ut perficiat. Amplius autem secundum orationes Philosophos, naturales & morales, omnis forma, & omnis habitus moralis vel intellectus per operationem suam cognoscitur, & per operationes distinctas & varias, formæ distinctæ & variae demonstrantur. Cur ergo per operationem charitatis & gratia, quæ est Deum super omnia charare & gratis diligere, forma seu habitus charitatis & gratia non probatur? Item omnes Doctores de baptismo, & eius effectu scribentes tenent concorditer, quod cuilibet ritè baptizato in suo baptismo, tres virtutes Theologicas, scilicet fides, spes, & charitas infunduntur, vna cum gratia informante. Et ut de extero, nullus super hoc audeat dubitare, sancta Ecclesia ita certissime definita. Nam Johannes Papa Extra, In constitutionibus Clementis, de summa Trinitate, & fide Catholica, recitat vna opinione dicente per virtutem Baptismi parvulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri; & alia afferente, quod culpe ipsi in baptismō remittuntur, ac virtutes, & informans talia infunduntur quod habentur, eti⁹ non pro illo tempore quod vñam subiungit; Nos atendentes generalem efficaciam mortis Christi, quæ per baptismum applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem secundam, quæ dicit tam parvulis quam adul tus conferti in baptismo infortiantem gratiam, & virtutes, tanquam probabilitatem, & dicitis Sanctorum; ac Doctorum modernorum Theologie magis consonam & concordem, facio approbante consilio duximus eligendam. Item nullus potest exercere operationem propriam sicuti formæ nisi præhabito illa formæ; sicut nullus potest percutere fortiter, nisi præhabita fortitudine; nec videre acutè nisi præhabito vñu acuto; & in intellectu aliis, & moralibus similiter. Nullus enim potest facere sapientem aut prudentem nisi præhabita sapientia vel prudentia; nec in moralibus potest quis generaliter benefacere, nisi præhabita aliquai virtute in genere, à qua tanquam à forma bona, seu bonitate actio bona procedat. Unde secundo Ethicorum sexto ostendit Philosophus quid virtus habentem perficit; & eius opus bonum reddit; cui & simile ex sexto Ethicorum, 10. recitat tricessimum quartum huius, & idem videtur de qualibet virtute in particulari, & operatione illius. Nullus

Apostolorum.

1. Cor. 3.

Anselmus.

Nihil ergo potest iuste velle nisi præhabita iustitia, nec diligere Deum, & iuste iugis. A  
bita charitate. Quicunque ergo carer iustitia, charitate, & gratia, non potest ex se iuste vel  
charare et grata vel facere, nec hanc potest ex se habere sicut præcedentia docuerunt; &  
potest probari; quia si posset, hoc esset gratia mercando, seu volendo, vel non sic faciendo; sed  
non gratia mercendo, seu volendo, quia hoc non potest nisi præhabita gratia per proximam rationem; nec non gratia aliquid faciendo; Non enim congruit rationis quod gratia detur in  
præmium & mercedem ei, qui nihil gratum fuerit operatus. (Nam secundum Apostolum  
1. ad Cor. 3. Vnumquisque propriam mercedem accipit secundum suum laborem) nec ca-  
rēns ea potest eam recipere a sola alia creatura. Nullus enim potest gignere aut facere filios  
Dei, & constitutre heredes regni cœlestis, nisi Deus Pater, & Dominus huius regni. Refrat  
igitur ut gratis secundum nomen suum, sine vilis meritis præuis gratis detur ingratias, à Deo  
datore libe. alissimo gratiarum. Et propter hanc rationem Anselmus de Concordia, can-  
dem sententiam proficitur; vbi postquam ostendit capitulo octavo; quod recte velle est finis  
rationis creature, & quod iustitia est restitudo voluntatis propter se seruata, quoniam qui  
solum propter aliud illam seruat, non illam diligit, sed illud propter quod eam seruat, & ideo  
non est dicendum iustus, nec talis restitudo nominanda est iustitia. Non capitulo sic adiungit;  
Dubium non est, quia voluntas non vult recte nisi quia recta est: Sicut namque vius  
non est acutus, quia videt acutem, sed idcirco videt acutem quia est acutus. Ita voluntas non  
est recta, quia recte vult, sed recte vult quoniam recta est. Cum autem vult, hanc restitu-  
dinem, procul dubio recte vult. Non ergo vult restitudinem nisi quia recta est; Idem autem  
est voluntati rectam esse & restitudinem habere; palam igitur est, quia non vult restitudi-  
nem, nisi quia restitudinem habet. Idem de veritate 12. Restitudinis acceptio prius est na-  
tura quam habere aut velle illam, quoniam illam habere aut velle, non est causa acceptiois,  
sed acceptio facit illam velle, & habere. Et sicut pater per eundem De causa Diaboli 17. Do-  
citor Angelus auctor iustitiae, non potest ex se habere voluntatem iustitiae; In 20 & sicut appa-  
ret supra eundem 12. Angelus dispositus ad volendum, non potuit ex se habere suam primam  
voluntatem, neque beatitudinis aut iustitiae, sed voluntatem commodi naturalem. Hoc  
& confessus distum eius. De concordia vlt. superius recitatum; qui & supra 9. post superius  
recitata, ostensio quod nullus potest restitudinem illam recipere nisi à Deo; Confidemus  
nunc, inquit, utrum aliquis hanc restitudinem non habens, aliquo modo eam à se habere pos-  
sit; & quique illam à se habere nequit nisi aut volendo, aut non volendo; volendo quidem nullus  
valere eam per se adipisci, quia neque eam velle, scilicet recte, nisi eam habeat; quod au-  
tem nolendo valeat eam assequi mens nullius accipit; Nullo ergo modo potest eam habere  
ex se; sed neque ab alia creatura. Sicut namque creatura nequit creaturam salvare, ira non  
potest illi dare per quod salvetur. Sequitur ergo quod nulla creatura restitudinem habeat, nisi  
per Dei gratiam. Deo ergo largiente inuenimus gratiam eius ad saluandum hominem cum  
libero arbitrio concordare; ita ut gratia sola posit hominem salvare, nihil eiuslibero arbitrio  
agente; sicut sit in sanctis & in intelligenteribus, ut ipsa semper adiuuet liberum arbitrium na-  
turalē, quod sine illa nihil valet ad salutem, dando voluntati restitudinem, quā seruet per libe-  
rum arbitrium. Et quamvis non omib[us] det, quoniam cui vult misereretur, & quem vult in-  
durat; Nulli camen darpo præcedentis aliquo merito, quoniam, quis prior dedit Deo & re-  
tribueret? Si autem voluntas per liberum arbitrium, fetur quod accepit, meretur aut  
augmentum acceptae iustitiae, aut potestatem pro bona voluntate, aut præmium aliquod, h[ec]  
omnia fructus sunt primæ gratia; & gratia pro gratia, & ideo totum imputandum est gratia;  
qua neque volentis est quod vult, neque currentis est quod currit, sed miserentis est Dei.  
Nonne & hoc est quod dicit Propheta. Scio, inquietus, Domine quod non est homini via  
eius, nec viti est ut ambuler & dirigat gressus suos. Ieremi. 1. Cuius est ergo; nisi illius  
de quo aliis Propheticis ait, Apud Dominum gressus hominis dirigetur, & viam eius vo-  
let, Psalmo trigeminus sexto; Imo sicut alia litera clarior; A Domino gressus hominis di-  
grediuntur primò, & post directionem factam, viam eius scilicet Domini volet homo secun-  
dò. Hoc enim Aug. exponens sicut, Ipse homo ut velit viam Domini, ab ipso Dominus e-  
ius gressus dirigentur: Nam si Dominus non dirigetur gressus hominis, tam prau erant ut  
tempet per prau iterent, & semitas certas sequendo redire non possent. Ipse est ergo qui  
direxit gressus nostros, ut viam eius vellemus. Qui & 1. ad Simplicianum 24. art. Ad frag-  
menta atque deiiciendam superbiam hominum ingratorum gratia Dei, & audientium  
gloriarum de metitis suis, ista commemorantur: Cum enim nondum nati sufficiunt, neque aliquod  
egissent bonum aut malum, non ex operibus sed ex vocante dictum est, Quia maior seruunt mi-  
norū. Vocantis est ergo gratia; percipientis vero gratiam consequentes sunt opera bona, non  
qua

A quæ grauata p[ro]p[ter]a, sed quæ grauata variatur. Non enim ut ferentur, & leficiantur, sed quia  
seruent, nec ideo bene currunt, ut rotunda sit, sed quia rotunda est: sic nemo proprie[te]t be-  
ne operatur ut acceperit gratiam, sed quia accepit. Non enim potest iuste vivere, qui non fue-  
rit iustificatus; nec omnino vivere, qui non fuerit iustificatus; iustificatur autem gratia, ut ju-  
stificatus possit iuste vivere. Prima est igitur gratia, secunda opera bona. Idem de fide ad  
Petrum, 18. dicit, quod Deus intellectu natura, Angelis feliciter & hominibus cognoscen-  
di ac diligendi se facultatem voluntatemque donauit, ut eam vnuquisque & habere posset &  
perdere; si quis tam en eam sponte perderet, suo eam deinceps arbitrio resumere non vale-  
ret, ut illius esset, illius sancte cogitationis initia gratuitæ dono bonitatis denuo renouandis  
quibus uellet infundere, cuius fuit in ipso creationis exordio, nullis præcedentibus meritis;  
spiritus & corpora, locis arcae affectionibus, prout ipse sapientis uoluit congruis, mirabiliter  
ordinare. Et infra 21. Bonæ inquit voluntatis & cogitationis initium non homini ex scipio  
naci, sed divinitus & preparati & tribui, in eo Deus evidenter ostendit, quod neque diabolus,  
neque aliquis Angelorum ejus, ex quo ruina illius merito in hanc sunt inferiore detrahi  
caliginem, bonam potuit aut poterit refumere voluntatem. Quod si possibile esset, ut humana  
natura, postquam à Deo aversa bonitatem perdidit voluntatis, ex scipta rursus eam habere  
potuisse; multò possibilius hoc natura haberet Angelica, quæ quanto minus grauatur terre-  
ni corporispondere, tanto magis hac esset predicta facultate: Sed ostendit Deus unde bona  
voluntas hominibus detur, quam si amiserunt Angelii cum haberent, ut amissum deinceps  
habere non possent. Idem 12. de Cuius. Dei, 9. probat, quod si boni Angeli tuerint prius  
sine bona voluntate, non potuerunt eam habere ex se; qui stet in ipso, Deo non operante,  
sicerunt, meliores à scipsis, quam ab illo facti sunt; quod absit: & si non potuerunt seipso  
facere meliores, quam eos ille fecerat, quo nemo melius quicquam facit; protestò & bonam  
voluntatem, quam meliores esse, nisi operante adjutori creatoris haberere non possent. Sed  
objicet fortassis per illud, 2. Eth. 1. & 2. quod virtus moralis generatur ex operibus sine  
libus præcedentibus, ut iustitia, temperantia, & fortitudo, ex iustitie, temperate, & fortiter o-  
perari; ergo aliquis potest virtus operari non habendo virtutem. Item aliás fatuum vide-  
retur & vanum appetere & desiderare virtutes: Nullus enim hoc potest nisi eas habendo;  
sed superbum videtur & fatuum aliquem desiderare, & appetere hoc quod habet. Item hoc  
videtur in artibus manifestum: Nullus enim habet artem citharizandi, aut ædificandi, nisi  
prius citharizando, aut ædificando, ut patet per Philosophum, 2. Eth. 1. & 9. Metaphys.  
14. Ad hæc potest responderi sicut responder Philosopher 2. Eth. 4. ad similem que-  
stionem. Quia enim dicitur erat prius, quod virtus ex operibus generatur; quereret aliquis,  
inquit, qualiter dicimus, quoniam oportet iusta operantes iustos fieri, & temperata tempe-  
rantias? Si enim operantur iusta & temperata, iam sunt iusti, & temperati. Et respondet  
quod tales non operantur iuste & temperata, sed iusta & temperata: & dicit quod opera  
iusta & temperata dicuntur, quando sunt talia, qualia iustus & temperatus operabitur.  
Ali-  
ter tamen nec improbabiliter potest dici, quod quicunque talia operatur, & non omnino ca-  
sualiter, sicut bos inuenit leporem aut pedem, hoc facit ex aliquo forma virtutis, & virtu-  
te, quam habet, largè loquendo. Nam secundum eundem Philosophum, 6. Eth. vlt. duplex  
est virtus, una principalis, alia naturalis; vel una acquisita, alia voto innata; & hoc probat  
per communem experientiam, ita dicens; Omibus enim videatur singulos morum existere  
natura, aliquiliter enim iusti, & temperati, & fortis, & alia habemus confessum à nativitate.  
Etenim pueris & bestiis naturales existunt habitus, sed sine intellectu nociui videntur, quem-  
admodum corpori forti sine visione moto accidit falli fortiter, propter non habere visum, sic  
& hic. Si autem accipiat intellectum habitus similis existens, tunc erit proprie[te] virtus. Et  
ratio hoc conuincit: Si enim propter hoc, quod homo potest multa tristia opera ferunt se fortiter  
inclinari ad talia faciliter & delectabiliter operandum, concludit se habere virtutem mora-  
lem taliter inclinatam. Quare si quis naturaliter, similiter, vel vehementius, faciliter, & de-  
lectabiliter inclinetur, non concludit se habere virtutem huiusmodi naturalē, & hanc forsitan  
probat virtutem contra vitam acquisitam quam hic vocat principalem, in predictamentis diffi-  
cilius, sub nomine dispositionis posuit in prima specie qualitatibus. Has etiam virtutes ne-  
dudimur naturales aut morales, sed etiam intellectuales & artificiales, Mathematici videlicet se re-  
putant in naturaribus puerorum; Ideoque antiqui prudentes, inuestigata diligentia & cogi-  
tatione naturali habilitate pueri cuiuscumque secundum illam quemlibet ad quodlibet congrue  
applicabant. Quare & inter eos tunc temporis omnes artes excellensime viguerunt:  
Vnde & 3. Eth. 13. scribirur isto modo. Innati oportet quemadmodum visum habentem;  
quo iudicat bene, & quo secundum veritatem bonum desiderabit, & est bene natus, cui hoc  
innaturum

innatum est bene: Quod enim maximum ex optimis, & quod ab aliis non possibile accipere, A neque discere; sed quale innatum est, tale habebit; & quod bene & optime hoc innatum esse perfectum & vera erit utique bona natuitas. Quare & Aristoteles s. Polit. 9, recitat Secretum affirmantem naturam producere prauos & meliores disciplinas & addit, Hoc ipsum dicens forte, non male: Contingit enim illuc aliquos quos disciplinari, & fieri studiosos impossibile est: Quapropter & in secret. 3. part. 10, scribit ita: Est consideranda genesis in quibusdam, quia generatus sapientia disponitur juxta vim Planetarum, qui sunt in regione sua generationis, & si forte contingat, quod genitores genium doceant aliquam arturam, natura superior attrahet cum multoties ad artem sideris conuenientem. Nam simile huic accidit quibusdam hominibus, qui conuenient in quadam villa; & hospitati fuerunt apud quendam textorem, cui natus est in illa nocte filius, cuius genesis hospites accepert, & ordinaverunt eius Planetas. Fuit ergo eius genesis in Venere, & in Marte, gradu suo existente Geminis cum Libra; sidera vero contraria & pessima nondum fuerunt rotata: Ostendit ergo eis genesis, quod Puer erat futurus sapiens, curialis, velocis manus, boni consilii, diligendus a Regibus: Occultaerunt ergo hoc, cœlantes a Patre. Crenit ergo natus in prosperitate, & crediderunt, ac nisi sunt genitores instruere cum aliquam artem de operibus suis, sed nihil potuit ex his addiscere: Verberantes autem ipsum, & flagellantes grauissime, expulerunt ipsum voluntati sua. Indignauit ergo se juventis & homines polsidentes disciplinas, & acquisiuit scientias, & sciuit cursus & tempora supercoelestia, & mores, ac regimina Regum, & ecce factus est basilius Regis. Vbi & immediate subiungit; Contrarium huic accidit ex mirabilibus operibus & dispositionibus Planetarum, & naturis eorum, illud quod conuenit, ut duobus natis Regis Indiae, facta comparatio ad genesis, sed occultum fuit Regi. Quod ergo crevit ypus puerorum, creditur Rex eum instruere scientias; Miser ergo eum per Indianam, & per alias Provincias honorificè, sicut decet filium tui Regis; sed nihil profuit diligentia Parvis, quia non potuit inclinare animum & naturam, nisi ad fabtile artificium: Propter quod turbatus est Rex validus, conuocauitque sapientes omnes sui Regni, qui requisiti, omnes conueniuerunt hoc quod relinquenter bis ad qua natura pueri reducebat ipsum; factum est ergo ita, & multoties accedit huic simile. Quamobrem & Ouidius 1. de venula referit ita:

Tempus erat cum Philosopheros Republica quondam  
Querebat magnis in summis, visitatati  
Communi vigilans, & costractabat honeste  
Vt, ubi consularent summis in rebus agendis.  
Tunc vestrum senioribus est, in qualibet urbe  
Vt pueros dociles ex pluribus incensores  
Elegarent missentes ad gymnasia, causa  
Discendi, quibus ad urbem stipendiis gratis  
Præstarent ipsis queque suis. Et ibi faciebant  
Discerni per iudicium Psiognomicorum,  
Quo quibus ars discenda foret; sic ars sua cuique  
Apagabatur, sic nisi quislibet artis  
Semper adhuc erabat, & in una quamlibet officio  
Perfectum sat erat, nec eum mutare licebat.  
Tunc viguerat artes, perfecit cognita queque  
Tunc erat, & poserat perfecte posticuisti  
Tradit, scribendisque libris per magna vocabat:  
Tunc mathefes sola doctrina nomine digne  
Sectores habuere suos, tunc visitatati  
Quaque quid affer, et clarebat apud studiosos.

Potest igitur homo ex virtutibus talibus sibi innatis talia operari, sed non harde, nec grata modo prædicto: Caritas enim & gratia non sunt nobis innatae. Eramus enim natura filii iste ad Ephesi. 2. Et per hæc patet ad obiecta, & maxime ad primum & ultimum obiectorum; Secundum vero non procedit: Licit enim aliquis habeat virtutem, potest desiderare virtutem duplicitate, scilicet ut sibi plenus augetur, sicut Apostoli a Domino petierunt, Adauge nobis fidem, Lue. 17. vel ut stabiliter conferuerit iuxta illud Psalmi. 15. Conferua me, Domine, & Domine, & Domine. Confirmabo te Deus quod operatus es in nobis; & sic responderet Anselm. De concordia vbi prius. Si autem adhuc aliquis instantius virginem supponendo, quod non quilibet habet

cunque, sed in omni alia gente natione, vel lingua, qui timeret Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi; & cuiusdem opinionis cum Petro erant fideles certi ex auditis, & etiam Apostoli, ut videtur, unde infra codem. Obstat per unit ex circumcisione fideles, qui venerantur cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus S. effusa est: & inita. Audierunt autem Apostoli & fratres, qui erant in Iudea, quoniam & sanctos regnabat gratia. Deinde & honorabant Deum. Vnde dicit Aug. De bono perfici. 35. Quid est quod si quando parvus infidelium baptizantur, fidelium vero non vt certe ostendatur, quod personatum apud Deum non est acceptio; alioquin fidelium potius quam infidelium filios liberaret: cui & concordatus auctoritas de correptione & gratia, 27. De gratia & lib. arbit. 50. quas 31. habet. Et quod Deus sit personarum acceptor secundum numerum, patet per euandem, infra eodem, sic dicente; Hunc Deus sustinuit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed certis preordinatis a Deo. Et infra 12. Crediderunt, quorum preordinati erant ad vitam aeternam. Vnde & Apostol ad Rom. 4. secundum propositum gratiae Dei, sicut & Daudes dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus. Et infra 9. Cum nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex voluntate dictum est, quia maior seruerit minori. Et infra codem, Misericordia cui misericordio, &c. Et nos volentes, neque currentis, sed miserentis est Dei, cum toto processu capituli ad hoc idem. Quod tractans Augustinus Enchirid. 78. sic dicit: Ambo gemini natura ita filii nasciebantur, nullus quidem operibus propriis, sed originaliter ex Adam vinculo damnationis affixi; sed qui dixit, Misericordia cui misericordia ero, Iacob dixit per misericordiam gratuitam, Esaia autem odio habuit per iudicium debitum, quod cum deberetur ambobus, in altero alter agnoscit non de suis distantibus meritis sibi esse gloriantur, quod in eadem causa idem supplicium non incurrit, sed de diuina gratia largitate, quia, Neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Et de bono perseverantie 26. Duorum geminorum, quorum unus assumitur, unus relinquitur, dispar est ex eius merita communia. Et supra eiusdem 19. Ex duabus partibus, originali peccati pariter obstititis, cur iste assumeratur, ille relinquantur, & ex duabus testaeiam grandis us impius, cur iste ita vocetur, ut vocantem sequatur, ille autem aut non vocetur, aut non ita vocetur, Inscrutabilia sunt iudicia Dei; Ex duabus autem pannis, cur huic do- neur perseverantia utque in finem, illi autem non donetur, Inscrutabilia sunt iudicia Dei. Idemque Enchirid. 75. Tunc non latebit, quod nunc lacer, cur de duabus unus esset assu- mendus per misericordiam, aliis per iudicium relinquendus, in quois qui assumeretur agno- sceret, quid sibi per iudicium deberetur; nisi misericordia subueniret, cur ille potius quam iste fuerit assumptus, cum causa una esset amborum. Dicitque beatus Gregorius 25. Moral. 14. super illud Iob trigesimo quarto, Ipso concedente pacem, quis est qui con- demnet, nemus discutiat, cur alius trahatur ex domino, aliis repellatur ex merito. Quibus & concorde est Anselmus Prosolog. 11. Deo sic dicens, Si vtcunque capi potest, cur malos po- tes velle salutare; illud certe nulla ratione comprehendipotest, cur de similibus malis, hos ma- gis falsos quam illos per summam bonitatem, & illos magis dannos quam illos per sum- mam iustitiam. Hoc etiam plane probant Ieremias, Iohannes Baptista, & beata virgo Maria, quae sine omni merito precedente sanctificabantur in utero, alijs omnino similibus derelictis. Si quis autem huiusmodi sanctificationis qualiacunque merita sibi fingat, ponatur quod alia virgo simili virginis gloriose similiter omnino vixisset; & si nullo modo Deus sit acceptor singularium personarum, sequitur quod Deus ex ea suscit similiter incarnatus, sicut multas matres vicinas Dei Filius habuisset: Ego autem credo firmissime, quod etsi omnes filii domus Iacob, sicut & domina mea vixissent, nulla tamen eorum talis fuerit in acceptance de- vina, & quod ipsi soli praeter omnibus virginis & matris donasset gaudium & honorem, ex ipso singulariter incarnatus; Nullo tamen modo videtur, quod tanta sapientia, quae omnia dis- ponit suavitatem, unican sibi matrem studiosa prouidentia non singulariter & eternaliter pra- elegit, sed quae foret mater eius, quasi negligenter reliquit meritis & voluntatibus hominum varijs, & tanquam casui & fortuit, ac velut casui taxillorum. Verum quae Dominus reue- lante didiceram, quod opera Dei revelata, & coopteri honorificum est & gratiam; Ecce bre- uis historia ad hoc idem. Scimus quendam clericum iurem, seruitorum denotum virginis gloriose, qui ut purissime virginis non habent maculam neque rugam mentis a corporis acceptus deteruire, castitatem perpetuam medium carnis sed & cogitationis, & voluntatis munditiam ei vixit; & idem votum in deuotionibus suis quod renouabat. Cum inuidens calidus ille serpens, qui milie per meanderos fraudesque fluxuolas querula corda non desinit agitare, tenut virum temptationis intudit, viriperet sollicitè cogitare, & dubius quodammodo disperatus de valore merito, & premio castitatis, qui tandem fallacter est delusus in- tantum,

A <sup>1</sup> carnium, ut partumperderet castitatem etiam virginis benedicta, & consequenter totam sui etissimum vitam eius, animans quod in alia secunda similiter vita aut huiusmodem duxisset, nonnulla in vita beatiorum fuisse. Quapropter & amando, & obsequiis solita exhiben- <sup>2</sup> tibus & repudius est effectus, qui dum quoddam nocte dedisset oculis suis somnum, me- dermis grade radio visitatus, ductus sibi videbatur per quandam in locum unum amoenum, velum per aditum, ubi & ostensa fuerat arbor incomparabilis speciosus, & similiter pretio- sa, que radicata in terra, erigebatur in cœlum, in cuius summitate, quasi in melo puer par- <sup>3</sup> lis quelcebat, etatque arbor secundum longitudinem spaciatum pulcherrimis nodis austri- ca, volentique scire quae, & quais esset hac arbor, responsum est ita: Hec circumscripta san- <sup>4</sup> cta Maria, statimque uno nodorum arboris ad instar oris aperto, facta est vox dicens, Esi omnes filii domus Iacob, sicut illa vixissent, nulla tamen talis fuisse. Hoc etiam totum de acceptatione & propriae vniuersi personarum aequalium & etiam minus digna 21. capitulo magis dat. Ad id viximum de predicatione obiectum, dicendum, sicut de oratione 23<sup>um</sup>: & 25<sup>um</sup>, dicunt, Christus enim qui ipse me predicauit hominibus ore proprio benedicto, vel per suos apostolos, vel alios predicatorum quiescere, noluit quod omnes audientes con- <sup>5</sup> pungentur, & acquiescerent veritati; Imo soluit quod aliquid aliud, aut alter in minimo fieret vñquam per aliquem suum sermonem, quam plene fecerat, sicut capitulum 10. manife- <sup>6</sup> strat. V. de Esa. 55. Quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illuc ultra non reverterut, sed incendi terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem co- <sup>7</sup> incidenti; sicut enim verbum meum quod egredietur de ore meo, non reverteret ad me vacuum, sed faciet quodcumque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Et si in quaeratis, quare ergo voluit prædicare omnibus indistincte; Responsum patet per predicta: Dicendum tamen quod hoc voluit propter eruditioem electorum, & punitionem reproborum. Vnde Mat. 13. & alibi frequenter, Qui habet aures audiendi, audit: & Mat. 19. Non omnes capiunt cor- <sup>8</sup> C bim istud, sed quibus datum est, qui potest capere, capiat. Et Iohann. 9. In iudicium ego in Iohann. hunc misericordi velut qui non vident, videant; & qui vident, ceci sient. Et Matthe. 13. Interrogatus a discipulis, quare turbis in parabolis prædicaret, respondit, quia, Vobis datum est noīs mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt, ut adimplatur in eis Pro- <sup>9</sup> pheta Esaia dicens, Auditu audieris, & non intelligeris, & videntes videbitis, & non vide- <sup>10</sup> bitis. Inscrutata est cor populi huius, & auribus grauiter audiunt, & oculis suis clausurunt, ne quando oculis videant, & auribus audiant, & corde intelligant, & concertantur, & san- <sup>11</sup> cos. Eret Esaie 6. sub verbis parum dilaetibus a predictis. Et Marc. 4. expressius patet idem; vbi postquam Dominus turbæ in parabolis prædicauit 12. Apostolis ita dixit, Vobis datum est noīs mysteria regni Dei; illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia sunt, ut Videntes videant, & non videant, & audientes audiant, & non intelligent, ne quando concurvantur, & <sup>12</sup> dimittantur eis peccati. Sed puti homines, qui nescient distinguere inter electos & repro- <sup>13</sup> bos, debent omnibus prædicare, optando eis salutem, sicut & orare pro omnibus, sicut 23<sup>um</sup> & 25<sup>um</sup> capitula monstraverunt. Vnde Ecclesiastis 1. Manc semina temen tuam, & vespere ne cesset manus tua, quia nescis quid magis oriarur, hoc aut illud, & si utrumque simili- <sup>14</sup> melius erit. Ideoque debet prædicatio fieri omnibus indistincte, ut electi adficiantur ad vitam, reprobi vero ut minus nocant, & ut minus mali sint, minusque damnentur, vel ut per præ- <sup>15</sup> dicationem huiusmodi, velut per quandam gladium spiritus, seu quandam virginem pro ritualem oris Domini feriantur, & ut nobis meritum augentur: Dicit enim Apostolus ad Eph. 6. Assumite gladium spiritus quod est vélibum Dei. Et Esaie 11. Percutier terram virga ori sui, & spiritu labiorum suorum interficiem impium. Et 2. ad Corinth. 2. Christi bonus odor sumus Deo in his qui salvi sunt, & in his qui perirent; alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vite in vitam. Et Lyc. 10. In quacumque domum intraueritis, priusnam dicite, Pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requieceret super illum pax vestra: si autem, ad vos reuertetur. Vnde Augustinus de correptione & gratia 68. Partitur se homines corripit, quan- <sup>16</sup> do peccant, nec de ipsa correptione argumententur contra gratiam, nec de gratia contra correptionem, quia & peccatis iusta pena debetur, ad ipsam pertinet iusta correptionis; que rac- <sup>17</sup> dicinaliter exhibetur, etiam si falsus & ignorantis incerta est, ut si is, qui corripitur, ad prædestinatum numerum pertinet, sic ei correptione salubre medicamentum; si autem non pertinet, sic ei correptione pœnaliter tormentum, sub isto ergo incerto ex charante adhibenda est. Idem in- <sup>18</sup> fra 75. Quoniam ad nos pertinet, qui prædestinatos à non prædestinatis discernere non val- <sup>19</sup> lem, omnibus, ne perirent, vel ne alios perdant, adhibenda nobis medicinaliter feueri cor- <sup>20</sup> reptionis; Dei autem est facere eam illis vitem, quos ipse præsancti, & prædestinavit conformes fieri.

fieri imaginis filii sūt. Et sequitur 76. Si enim aliquando timore corrīpimus, ne alij quis inde A pereat, cur non timore etiam corrīpimus, ne aliquis inde plus pereat; & supra 73. tractat Authoritatem Lucae præmissam, Ad nos, inquit, cum nescimus quisnam sit filius pacis secundum prædestinationem Dei, aut non; sic pertinet nullum exceptum facere, nullumque discernere, sed velle omnes salvos fieri, quibus prædicamus hanc pacem. Neque enim merendum ne perdamus eam, si ille qui prædicamus, non est filius pacis, ignoramus nobis; Ad nos enim reueretur id est, nobis proderit. Dictum autem Gregorij boni contradicit præmissis: Si enim prius patens perseveranter steriles, Deus alter ordinasset: His igitur prælibatis, vel restat protegunt quæ sequuntur. Cum ergo iuprimis arguit, quod quis potest meriti à Deo aliquid de condigno, pro solutionis materia est secundum, quod meriti est facere aliquid præmandū, id est, dignum vel debitum præmari, omnis autem debitum, eligendum, vel condignum est rationabile atque iustum; Ideoque sicut 21. capitulum de rationabili, & iusto distinxit; sic est de debito, digno, & condigno similiter distinguendum; quod de condigno, quia de ipso arguiatur, sufficiat demonstrare, ipsaque cognito reliqua non latebunt. Et igitur condignum prius naturaliter & antecedenter voluntati diuinæ, vel posterius & subsequenter, vel etiam mixtum quodammodo ex ambo bus: Vel sub alijs verbis idem; Est condignum per se absolute, & de inflexibili rigore iustitiae: est condignum per accidens & respectu voluntatis diuinæ, & de iustitia dependente ab ea; Est condignum mixtum quodammodo ex utrisque. Pro modo quoq; loquendi com muni omnium, proprioq; Doctorum vltius est secundum; quod meriti de condigno diversimodè sumitur in bono & in malo; dicitur enim quod quis peccans meritorum consigne pœnam æternam, quia tam malum est illud peccatum, quod ex sola eius malitia pœna æterna sine omni iutio iniuria in flagi poterit sic peccanti; Dicitur autem quod nullus meretur condigne vitam æternam quia nullus opus est tam bonū aut tam meritoriorū apud Deum, ut ei ex illius solius bonitate aut merito vita æterna sine empi grata debetur, imo nec quicquā boni disuncti omnib; sicut superius est argutum. Hi tamen duo modi eis quod est mereri condigne, possunt reduci ad aliquod vnum commune vniuersum, analogumue ambo bus, quod forsitan est sacerdotiale; cui iusq; potest retribui pura meritis; ita quod hæc dictio, pura, excludat in mercede omne gratias illatum bonum, vel malum, & hoc est condignum potentialiter, quia iuste potest retribui sibi meritis. Possunt ergo à principio altius ordinando, distinguere aliter de meriti, & demeriti condigne, scilicet actualiter & potentialiter: Actualiter meriti, est facere aliquid præmandū, scilicet cui premium actualiter debetur, & sic nullus peccas meretur pœnam aliam quam habebit; Non enim est dignum aut debitum, quod alter puniatur, quam Deus ipsum statuit præiudicium & iustit, meriti, potest subdistinguuntur bus modis prædictis: Meriti autem potentialiter est facere aliquid præmiable, scilicet cui præmium posset reddi; sicut omnis peccans mortaliter tam mandamus quam salvandus meretur maiorem pœnam quam habebit, & forsitan pœnam æternam quantamlibet intensive; Posset enim Deus iustitie punire querilibet sic peccantem majori pœna quam puniet, & forsitan quantacunq; Illud autem meriti, seu meriti condigne potentialiter est mixtum quodammodo ex meriti consigne antecedenter, & subsequenter voluntati diuinæ, sicut 21. huius in suo simili plausu exponebat: Quod enim faciat hoc vel illud, dependet à voluntate diuina secundum 5. cap. sed quod factu hoc vel illu posset dignè sibi retribui pura meritis, necessarium est omnino. Loquendo ergo de meriti condigne actualiter primo modo, scilicet antecedenter voluntati diuinæ per se & absolute, videtur quod nullus potest quicquam meriti à Deo bonum nec malum sicut ostendebant alia argumenta; secundo autem modo potest, nam omne quod Deus vult & statuit, dignum est & condignum, sicut superius monstrabatur. Tertio modo similiter potest quis meriti condigne actualiter bonum & malum à Deo, scilicet taliter bonum vel malum quod supra probandum est sequi inferabiliter suum opus. Quod enim faciat tale opus pender ex voluntate diuina, sicut 9. cap. ostendebat; sed quod factu tali opere cum suis circumstantijs vniuersus comicerit tale bonum vel malum non dependet à voluntate diuinæ, sed de necessitate consequitur, sicut ad hunc currere, hunc moriri. Quare & vnum de prioribus argumentis non teneri, illud scilicet quod d'arguebar, istud præmium necessarium consequens necessitate voluntatem diuinam ad ipsum volendum reddere, & reddendum, qui ipsam merentur; quoniam sicut ipsa liberè vult & facit tale meritorum in quoconq; sic & omnia que necessario consequuntur. Per hanc etiam distinctionem præmissam multa voluntariorum, que superius sunt arguta. Ad illud autem quod arguit, asti virtuosum meriti condigne omne bonum vult & delectabiliter distinguuntur contra bonum honestum, quia melior est hoc & illo. Dicendum hoc non sequi, sicut si Iohannes saluet vitam Petri, non proprieate Petrus tenetur sibi reddere omnia bona sua, cum tamen quantumcumque multa sint, & magna, illa iugum minora beneficia

A ciò pregece propter hanc etiam si Iohannes docet Petrum scientias; & virtutes licet sibi incomparabiliter meliores omnibus bonis Petri, non ideo tenetur Petrus retribuere Iohanni omnia bona sua; imo sufficit retribuere in talibus sicut potest, & solet retribui competenter. Vnde Phil. 9. Eth. 1. In quibus autem non sit proper confusionem id est, præmissione ministracionis, Philosophus, id est, certe retributionis, hr quidem propter seipso, id est, accipientes aut dantes, dictum est, quoniam inaccubiles sunt: Talis enim secundum virtutem amicitia, & retributio facienda secundum electionem, hoc enim amici & virtutis. Sic enim videtur & Philosophia communianctibus. Non enim ad meritas dignitas measuratur, præmiumq; quæ ponderans non vixit, sed forte quod iustificans, quemadmodum ad deos & parentes contingens. Et hoc forsitan est quia Petrus sine suo magno detrimento non sufficit retribuere equè ponderanter Iohannis & licet Deus sufficiat, non tamen tenetur; Nullus enim merito facit aliquid boni Deo, sed sibi; quare ergo tenetur Deus hoc retribuere de condigno? Et si tu dicas, quod ego sic arguebam superius; Fator, sed hoc contra ponentes gratum meriti à Deo augmentum gratis de condigno; & sic videtur argumentum procedere quod meretur condigne remissionem pœnæ temporalis cuiuslibet quæ est minor. Aliud vero quod arguit, illum qui super omnia amat Deum, debere ab eo similiter redamari, non bene admetit analogiam in alijs auctoribus obseruandam: Non enim quantum dignior amatur ab aliquo, tantum readamare tenetur; sufficit enim quod minus redamet secundum excellentiam status sui. Dicit enim Philosophus 8. Eth. Philosophus. 7. Analogum autem in omnibus secundum superabundantiam existentibus amicitijs, id est, uno extremitate amicitia super aliud abundante in bonitatē, & amationem fieri oportet, puta meliore magis amari quam amare, & vtiliorem, & aliorum vniuersorum que similiter. Cùm enim secundum dignitatem amatio fiat, tunc fit aliqualiter aequalitas, quod vtilique amicitia esse videtur; & cùm Deus sit melior & dignior infinitè quocunque, videtur proportionalitatē sequendo, quod ipse sub nullo gradu amoris tenetur amantem quempiam redamare; & maximè quia liberè dat sibi totum illum amorem, teneturq; Deum diligere quantum potest, sicut superius probabatur; & hoc potest brevis ratio fuisse. Sint enim Iohannes, & Petrus, cum multis alijs Deum super omnia aequaliter diligentes; tunc si Deus teneretur rediligere super omnia quemcunq; illorum, teneretur rediligere Iohannem super Petrum, & è contra, & quemlibet super, quemlibet, & super ceteros vniuersos, & super B. Mariam, & sicut vniuersum verbum suum. Congruit tamen multum & decet Deum puregratitudinē sibi tales amatores inabiliter redamare, ita verius præstatimare; & hoc est quod testatur illi fidelis amicus Iohannes plurimi dilectus & diligens, prima sua Epist. 4. dicens. In hoc est charitus, non quasi nos dlexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dixit nos. Ad Ansel. & Aris. respondendum quod talis tantum meretur secundum propriam præstitutionem, non secundum rigorem iustitiae absolutum; confirmatio vero huius rationis infirmabitur per prædicta. Ad cetera vero argumenta sequentia, vñq; ad argumentum de merito Christi factum prædictum respondebit: Et illud D potest solum per distinctionem præmissam de meriti condigne. Nam primo modo, antecedenter videlicet voluntati diuinæ, & de absolute necessario & inflexibili rigore iustitiae videtur, quod Christus nec meruit sibi, nec nobis resurrectionem à morte & vitam æternam, nec quicquam huiusmodi: Si enim fecisset, esset necessarium absolue quod Deus hæc cederet sibi & nobis, cùm non posset esse iustitius; sicut Deus suscitaret, & beatificaret electos de necessitate simpliciter absoluta, & non de beneplacito libera voluntatis, quod 9. cap. nou permitit. Videtur quoq; possibile, licet nullus homo peccasset, Filium Dei assumptum hominem passibilem, & omnia vel familiam, aut maiorum vel plures fecisse, & passum fuisse, sicut nunc fecit, non propriet aliquod præmium sibi, vel alijs applicandum, sed sincerissima charitate tantummodo propter Deum, & post hæc omnia depositisse, & annihilasse hominem sic assumptum nunquam posita resuendū, & omnes alios homines, ac quamlibet creaturā, nunquam aliquid creatus; & idem videtur possibile, supposito ipsu hominis in peccatum, quoniam contradictione formaliter nullatenus inserit; & si tu susciperis, Christus nec sibi nec alijs meruit nisi aliquid de condigno no primo modo prædicto: quare nec nunc, quia quantum meriti seu boni operis nunc habebat, tunc tantum vel amplius habuisset. Chitatis insuper non meruit per naturam suam diuinam sed humanam, & hoc non ex naturalibus suis tantum, sed ex gratia gratis data, sicut 35. capitulum allegauit quod & Lumar. 3. S. dñs. 13. & 18. similiter attestatur. Hoc quoque videtur sentire Apostolus ad Rom. 1. dicens de Christo: Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Dominum nostrum. Vbi Glossa: Ipsa secundum quod homo est, prædestinatus est, id est, sine meritis sua gratia præelectus, non solum ut esset caput nostrum, sed ut nec originem traheret, nec voluntate perpetraret peccatum, & ut ex mortali natura clarificaretur immortaliter. Si ergo immortali-

talitatem sibi non meruit de condigno, nec aliquid aliud ut videtur; quare nec nobis. Ipsa enim Dominus Iesus Christus videretur hoc testari realiter & in facto, agendo gratias Deo Patri quoniam audiuit eum, Iohann. 11. Si ramen meruit de condigno, & puro debito audiuit a Patri, nullæ gratus sufficiunt ei reddenda, sicut tricessimum primum capitulum arguitur. Quia enim verus & sapiens illi gratias ager aut retribueret, qui nunquam sibi fecit aliquid gratiosum aut tribuit quicquam gratias, cum proprium sit gratiarum actionis huius, ut sit retributio beneficij gratias facti. Pro quo dicit Philosophus 5. Eth. 8. In contrasaccre proportionale commandat iustitia; retributione autem commandant; proprius quod & gratiarum faciatramentum promptè faciunt, ut retributio sit; hoc enim proprium gratias; retinuatur enim oportet ei qui gratiam fecit, scilicet reagendo ei gratiam, qui primo aliquid gratias fecit. Cui concordat Tullius 2<sup>a</sup>. veteris sue Rhetorica, definiendo gratiam isto modo: Gratia est, in qua, amicitiarum & officiorum, id est, beneficiorum alterius memoria, & alterius voluntas remunerandi continetur: Vnde & Poeta, *Gratia pro rebus merito debetur inemperio*. Si autem gratia esset rationabiliter referenda, ei qui non facit aliquam gratiam, sed debitum purum tantum, emptor & venditor, locans & conducens, mercenarius seu seruus & dominus debent mutuo gratias agere sibi ipsis, quod ratio prohibet, quia sine gratiarum actione huic inde est plenaria satisfactum, & in omnibus retributio; quare ergo expectaretur vterius gratiarum actio, quæ est quadam retributio ut dicitur est: Nec confundendo hoc habet; & adest quod omnes tales sint mutuo ingrati, cum nullus possit esse ingratis nisi gratias gratis factæ; sed secundum Apostolum ad Rom. 4. Ei, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum; quare non videtur quod à tali operario sit aliqua gratia suo domino referenda: Vnde Lec. 6. Si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Et infra 17. Quis vestrum habens seruum arantem aut paucem, qui regresus de agro dicit illi statim; Transt, recumbet; & non dicit, Para quod cænem, & praecinge te; & ministra mihi donec manducem, & bibam, & post hæc, tu manducabis & bibes; Nunquid gratiam habet seruo illi, qui fecit quod imperauerat ei? Non potest. Ex quo ergo Christus gratias egit Patri quia eum audiuit, videtur quod non meruit de condigno, ut permittitur, exauditi, quare tecum quicquam omnino similiter ratione. Et cum arguitur quod rærium Christi excedit meritum cuiuslibet puri hominis infinitè, quia sic Christus excedit quemlibet hominem; forsitan non oportet; quia sic potest argui de eius intentione, intentione, locutione, ambulatione, & allia eius operatione quacunque: Meritum tamen Christi potest considerari dupliciter; uno modo quantum ad actum ipsum merendi, qui propriè dicitur meritum, & si videatur sive tantum finitum, sicut anima, potentia, actus, & habitus unde processit: Nam secundum præmissa 40<sup>a</sup> parte corollarii, primi, huius, Nulla creatura est, nec sive potest infinita: nec valer illa causaliter; quia Christus excedit quemlibet hominem infinitè, ideo meritum Christi similiter; quia sic Deus excedit quemlibet creaturam, & tamen non quilibet motus factus, vel possibilis fieri immediate à Deo, similiter excedit motum factum à qualibet creatura. Et specialiter hæc causalis de merito Christi non tenet, quia Christus habet duas naturas, diuinam scilicet infinitam, & secundum illam non meruit; & humanam finitam, & secundum illam tantummodo meruit. Alter potest considerari meritum Christi, scilicet quantum ad premium, quod per illud oblatum Deo Patri, & sic potest dici congruè infinitum; Per actum enim meritorum propriæ voluntatis humanae, se ipsum totum filium Dei perfectum Deum & hominem oblatum Deo Patri in premium pro hominibus redimendis. Quapropter licet assumpsiisse naturalia humana imperfectora quantumlibet, & sic per actum voluntatis meritorum remissione in proportione: quacunque seipsum similiter obtulerit; vel licet forsitan in naturalibus iam assumptis per actum voluntatis meritorum remissione quantum voluntus se obulisset similiter pro hominibus redimendis, ipsos sufficiensime redemisset, non ratione infinitatis actus, voluntatis, aut meriti propriè, sed ratione infiniti huius pretij infinitus per meritum illud oblati; sicut si duorum volentium emete cardem rem venalem, unus cum feruissima voluntate offerat premium minus iusto, alter cum remississima voluntate offerat premium iustum, vel maius, hic rem habebit, ille carebit; & hoc non ratione diversitas actum voluntatum, sed prætorum tantummodo oblitorum. Vnde & 1. Tim. 2. Vnus, inquit, Apostolius Deus, & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus qui dedit redempcionem scilicet sum pro omnibus. Et secundum istam sententiam potest intelligi dictum Anselmi 2. Cui Deus homo 14. superius allegatur, & hoc appetat per eundem infra eodem 20<sup>a</sup>, sic dicentem: Quid inserviatur intelligi valer quatuor peccatori tormentis æternis damnato, & unde se redimat non habenti, Deus Pater dicit, Accipe virginatum meum, & da pro te; & ipse Filius, Tollime, & redimete; Quasi enim hoc

Rom. 4.

Lec. 6.

Lec. 17.

Anselmus.

A hoc dicunt, quando nobis Christianam fidem vocant, & trahunt: Quid enim iustus, quamvis sit datus precium matris omnibus debito, si debito datur afferatu, dimittat omnem debitum. Sed datus quod meruit Christi fuisse ex suorum in specie meritis propriis, adhuc non sequitur quod meruerit alicuius de condigno tam modo, scilicet antecedenter voluntate diuina, quia diuina voluntas diuina prius natura fecister in voluntate Christi humana, merita eius, quod est, & prius aeternaliter & tempore, & natura volueret Christum, & quemlibet Christianum habere quicquid per illad meruit sibi vel suis, sicut ex præmissis capitulo isto & alijs poterit apparet. Et si misit non creditis, saltem creditis veritatem dicens, Ego ex meipso non John. 1. 2. sum loquens, sed qui misit me, Pater ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar, John. 1. 2. Et supra 5. Non possum ego à meipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico, & John. 5. iudicium meum verum est, quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, Patris. Quod tractans Augustinus super Iohann. part. 2<sup>a</sup>. homilia 45. seu. 99. totius sic Agustini, dicit, Propriet per sonam Filii vnam ex duabus substantijs diuina humanaque constantem, aliquid secundum quod Deus est loquitur, ut est illud quod ait, Ego & Pater vnum sumus; aliquid secundum id quod homo est, ut est illud, Quoniam Pater maior me est, secundum quod acceptum ab eo dictum & hoc vnde nunc disputo, Non possum à me ipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico. Hic tamen non obstantibus, quidam constanter assertur, quod Christus meruit de condigno tam libi quam nobis. Illud enim meretur quis condigne quod si exigat, est necessarium libreddi; sed si Christus exigat gloriam sibi & nobis, est necessarium eam reddi. Christus quoque merendo voluit gloriam reddi sibi & suis, & quicquid voluit, nesciebat erat impleri. Alter enim voluntas diuina: postea frustrari, quod capitulo 10<sup>a</sup> prohibetur ait ait: Quibus breuerit respondendum, quoniam primum assumptum non est verum, vnuat salire intellectum. Si enim Christus secundum quod possibile fuit ex securi omnipotencia Demonstrat, & patet per Lombardum 3. sentent. dist. 18. assumptum corpus imparsibile & perfecte gloriosum, quale nunc habet, & sine omni merito exegisset gloriam sibi vel nobis, fuisse necessarium illam reddi, non quia illam meruerit condigne, sed quia ita volueret; & voluntas sua humana necessariò fuisse conformis voluntati diuinae, sicut ex præmissis apparet, & quia peccata non potest; & voluntas diuina necessario servetur, est iusta, & efficaciter adimplenta; vel si potuit voluntate humana voluntati diuinae contrarie aut difformiter voluisse, non fuisse necessarium tale voluntum sibi reddi, quia nec iustitia, sicut 2<sup>a</sup> capitulo ostendebat. Quicquid etiam Pater vel Spiritus Sanctus exigit, sit necessarium sibi reddi, licet 10<sup>a</sup> huius probet, & tamen nihil meretur. Si autem illud primum assumptum intelligatur hoc modo, quod omne illud meretur quis condigne, quod si exigat ratione meriti de condigno primo modo, scilicet antecedenter voluntati diuinae, & de rigore absolute iustitiae, est similiiter necessarium sibi reddi, dicendum ut prius, "I. I. I. Christus, nec alijs potest sic mereri actualiter quicquam à Deo; quare nec Christus potest ratione huius meriti exigere quicquam à Deo, nisi Christus possit errare, & velle contrarie aut difformiter voluntati diuinae: & si exigendo quicquam sic faceret, non est necessarium sibi reddi, quia nec iustum, sicut 2<sup>a</sup> capitulo demonstrabat. Alterum quoque argumentum præmissum per iustum habita potest solvi: Residua vero obiecta superiori per precedentia sunt rejecta, vsque ad ultimum eorum quod fuit de distinctione meriti de congruo, & de condigno, pro quo videtur talis distinctio facienda; quod meritum de condigno accipitur tripliciter: recte dictum; meritum vero de congruo est meritum potestiale de quo superius dicebatur, scilicet tale opus bonum vel malum quod de congruitate seu congruentia operis est premiabile, scilicet possibile & habile premari; non quod de congruitate seu congruentia aliqua priori voluntate diuina sit actualiter premiandum, sicut superius est ostensum.

## C O R O L L A L I A R I V M.

B Coroll: contra quodam alios recentissimos Pelagienses, fingentes quod licet homo nullo modo posset primari gratiam promereri, potest tamen ipsam propriis tantum viribus impetrare:

C Ex his autem clare conuncitur error quidam recentissimus Pelagianorum fingentium, quod licet homo nullo modo neque de condigno, neque de congruo, valeat gratiam promereri; potest tamen ipsam propriis tantum viribus impetrare. Vnde & nec minus clare potest etiū error quidam Pelagiensis, sicut et dicitur, quod Deus non dat gratiam homini propter aliquod meritum antecedens, sed propter misericordia sua futura præmisita ab eo: si cut latior seminare bonum semen in terra quam prævidet fructus uberes allaturam: Ha autem errores

crores possunt faciliter corrigi per hinc & superioribus capitulis praefibra. Multi quoque viri partioli baptizati continuo decadentes, esse causas, quod integrum granam, qui nunquam ex ea preferunt fructum bonum, nonquam iustitiam et amicos, nonquam vias suam cum letis iaduicant; aut si quandoque faciat opera quoddam gratia, reuerentes ad voluntatem obstinatus suffocantes facient plura mala, & in ipsius proficiunt & perdurant finitimi laborant.

## C A P. XL.

*Quod gratia, qua est habitus gratiæ datus a Deo una cum voluntate humana est causa efficiens propriæ cuiuslibet boni & meritorij actus sui.*



Philosophia.

Apologia.

Ratione.

Eugenius.

OST hoc anem gratia Dei mecum ostendit, ut spero, quod ipsa sit causa efficiens proprie cuiuslibet actus boni: gratia scilicet graris data, qua est habitus animæ à Deo graris infusus, iuxta distinctionem de gratia 25. factam, de qua etiam capitula proxima loquuntur. Si nempe gratia non esset causa efficiens propriæ actus boni, posset homo ex naturalibus proprijs sine ipsa implere Dei mandata, & perficere quælibet actum bonum contra proximo preostensa: Si enim habens gratiam effici quælibet actum suum, gratia nihil penitus cogente, sic posset & ipsa remota. Non enim remoueretur causa efficiens totalis, nec etiam partialis. Item si gratia seu charitas non faciat actum dilectionis humanae quo implet mandatum de dilectione, cedent ratione nec fides & spes, habitus infusus, ut patet per capitulo proximo allegata, faciunt actus credendi, & sperandi. Posserunt homo ex se & suis naturalibus, & naturaliter acquisiti, credere, sperare, & facere quicquid debet, quod est error & delictum manifestum, & contra proximo preostensa. Item virtutes theologicas & supernaturales non sunt minus efficaces, quam actum, quam virtutes naturales, morales, & intellectuales; sed haec omnes efficiunt propter actus suos: Quis enim dubitat formas & virtutes naturales efficiere suos? Et qui nescit virtutes morales efficiere actus mordaces, & virtutes intellectuales conformiter ad suos tales? cur aliter, non similes operarentur carentes istis virtutibus, sicut eas habentes, ex quo eis non deest aliud quod principium effectuum? Quare & Philos. 2. Eth. 1. 2. & 3. ostendit virtutes morales ex operibus generari, ipsaque generatas simili opera generare; vbi & cap. 3. post ostensionem huius multiplicem, ita dicit: Supponitur ergo virtus illæ talis circa voluptates & tristitias optimorum operariorum, malitia autem contrarium; Et infra finaliter concludendo, sic ait: Quoniam quidem igitur est virtus circa delectationes & tristitias; & quoniam ex quibus sit, ab his & auctoritate, & corruptim non similius factis; & quoniam ex quibus sit, circa haec & docatur, dictum sit. Qui & supra 1. 7. dicitur: Felicem secundum virtutem perfectam operantem, quod & sepius in aliis locis multis. Ita gratia seu charitas facit intentionem rectam, elevat & erigit voluntatem, sicut capitulo proximo est ostensum, sicut & in moralibus facit virtus moralis, teste Philos. ibi, & 34. huius plenius allegato. Item virtus, & maxime summa virtus scilicet gratia seu charitas non est minus efficax quam virtus; virtus autem efficit actus mordaces: quare & gratia seu charitas actus bonos. Vt autem taceat de viriis moraliter acquisitis, quis nesciat, quis non sentiat, quales actus efficiat virum vitium radicale, lex membrorum tyrannus naturæ, temes peccati, concupiscentia seu concupiscentia carnis nostra, quod & pierit peccatum originale à Doctoribus appellatur? testis est experientia nimis cœbra, nimis violencia; Testis est Apolonus, Ego inquietus, carnalis sum venundatus sum peccatori, quod cum operor non intelligo. Non enim quod volo, hoc ago, sed quod odi, illud facio. Néne autem tam non ego operor illud, sed quod habeo in me peccatum. Concede tamen legi Dei secundum interiorum hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnante legi mentis meæ, & capuante me in lege peccari, ad Rom. 7. Testis fuit Celsus & expositiones sanctorum, hanc literam exponentes. Testis est penè tota 40. distinctio secundi sententiarius Lombardi, vbi & itam tentantiam piaam tenet, & per agit. Aut enim, Originale peccatum dicitur formæ peccati, scilicet concupiscentia, vel concupiscentia, quæ dicitur lex membrorum, seu languor naturæ, sive tyrannus, qui etiam membris nostris, sive lexi carnis. V. id. Augustinus in libro De laicis, capitulo 10. Est in nobis concupiscentia, quæ non est permittenda regnare, sicut & eius desideria, quæ sunt actualis concupiscentia, quæ sunt anima Diaboli, quæ venient ex languore naturæ, Languore

## C A P. 40.

## De Causa Dei.

A langue autem illa, ex terra, non quæ mox mala desideria. Et infra Nomine autem concupiscentia non actum concupiscendi, sed vitium præsum significat, cum tunc dicitur carnis legem. Vnde idem in Tractatu de verbis Apostoli, ait: Semper pugna est in corpore mortis huius, quia spiritus concupiscentia cum qua natu sumus, finit non potest, quod ad vitium, quod diuidie minui potest, finiri autem non potest. Quæ est autem concupiscentia cum qua natu sumus? vitium vitique est, quod parvulum habilem concupiscere facit; adulterii evanescere concupiscentia reddit. Cum ergo cupiditas sit tam pugnax, tam elicax, & tam multivulciter aduersa, quomodo ea reprimit, minuit, & superat charitas, si penitus nihil agat, si nihil penitus moueat, si si penitus oratio? Non sic autem, non scilicet apostol. 1. ad Cor. 13. Charitas, inquit, patientis est, benigna est, non irritans, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem, quæ diceret evidenter. Non hæc sed contraria horum facit, quare & statim subiungit: Congaudet autem veritati, omnia sufficit, omnia credit, omnia sperat, omnia susinet. Quid &

B Aug. de 4. virtutibus charitatis; Quod omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia susinet, pulchritudinem monstrat. Vnde inter cetera, in persona Abrahæ, cui secundum barum virtutum attribuit, ita dicit: Virtus charitatis in me manebit omnia credit, & facit, & dicit. Audio enim eam sicut strepit: vocis intus ad cor loquenter, & infra; O charitas quæ tantum potes in hac pugna mortalitatis adhuc sollicita, quantum potes in illa perfecta pace secura? Qui & Enchirid. penult: Minuitur, inquit, cupiditas charitate crescente, donec veniat hic ad tantam magnitudinem quæ maior esse non potest; ibi autem quis explicet quanta charitas erit, vbi cupiditas, quam coegerit supererit, nullæ erit: quando sanitas summa erit, quando contentio mortis nulla erit? Idem ad Anastasiū sicut allegat: Petrus 2. Scat. dist. 2. Sine spiritu non est voluntas hominum libera. Cum enim cupiditas vincatur, non est libera ad bonum, nisi liberata fuerit, non autem liberatur, nisi per Spiritum: charitas diffundatur in cordibus. Non est libera voluntas nisi gratia eam liberet per legem hæc id est, non est libera sine fide operante per dilectionem, & illa sufficienter & vere bona est: Non enim est fructus bonus, qui de charitatis radice non surgit: Si vero alia fides operans per dilectionem, sit delectatio boni. Qui & de spiritu & litera, 13. Non est, inquit, fructus bonus, qui de charitatis radice non surgit; qui & regente Petro, 3. Sentent. dist. 31. sic ait: Radix omnium malorum est cupiditas, & radix omnium bonorum est charitas. Sed quia radix est charitas? viva, an mortua? non mortua; constat planè: & quomodo viva si nihil vivi operis sive fructus germet, aut produca? Qui etiam super Psalmum 31. Sermon. 1. tractans illud Apóstoli ad Rom. 13. Plenitudo legis est dilectio seu charitas, secundum aliam translationem, sic ait: Nunquid charita permituit aliquid male te facere ei quem diligis? sed forte tantummodo malum nihil facit, nec aliquid boni. Ergo nec charitas permituit te non prestat quicquid potes ei quem diligis. Nonne illa est charitas quæ orat etiam pro inimicis? ergo non deserit amicum, qui hæc opere inimico. Itaque D si fides sine dilectione sit, sine opere erit. Ne autem multa cogites de opere fidei addi illi spem & dilectionem, & noli cogitare quod opereris; nam ipsa dilectio vacare non potest. Cui etiam concordanter Greg. hom. 27. super Euang. expōens illud Iohann. 1. 5. Hoc est præceptum meum ut diligas inuenient, ita dicit: Omne mandatum de sola dilectione est, & omnia vobis præcepimus, quia quicquid præcipitur in sola charitate solidatur. Ut enim multi arboris rami ex una radice procedunt, sic multæ virtutes ex una charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non wanet in radice charitatis. Præcepta ergo dominica & multa sunt, & vnum, multa sunt per diversitatem operis, vnum in radice dilectionis. Qui & infra hom. 30. Nunquid, inquit, Dei amor est otiosus; operatur enim magna, si est; si vero operari renuit, amor non est. Dicitq. Petrus 2. Sent. dist. 26. Quod ipsa gratia non est otiosa, sed meretur angeli, vñam merentur & perfici. Rursum ait Apol. ad Gal. 5. dicit: Quod fides per charitatem operatur; & iterum id est ad Cor. 1. 5. Gratia, inquit, Dei fides quod sum, & gratia eius in me vacua nea fuit, sed ab aliis illis omnibus laborauit, non ego autem, sed gratia Dei mecum. Qui ergo dixerit charitatē seu gratiam nihil penitus operari? Si quis sic sibi erit, legalibros, & expositiones Augustini & aliorum Doctorum super auctoritates istas, & plurimas salutis similes, & definiet sic sentire. Hoc idem restant autoritates quæ plurimæ capituli proximis allegatae, inter quas ille Aug. Hippo nos. 60. De bono perscr. 48. 36. huius, & i. ad Simplic. 24. & ille Anselmi De concordia, & de veritate etate capitulo proximo suo exposita. Quis etiam vel atrium exterius Theologie patitur ingredi, illam diu stōrem coherensissimam de gratia operante & cooperante ignorat, cum omnes patentes Doctores a que discipuli creberimē hanc affluerint. Vnde & Petrus, secundo Sententiārum, Distinct. 5. 26. 27. & 29. ipsam diligenter explanat. Qui & distinct. 2. vlt. loquens de libertate naturæ & gratiae. Vtramque inquit;

Augustinus.

II ostendit

II esse

inquit, Libertatem notat Apostolus, cum ex persona hominis non redempti, ut, *vel liberatur*. A mibi, perficere autem non inuenio, ac si diceret; *Habeo libertatem naturae, sed non habeo libertatem gratiae*; ideo non est apud me perficie boni. Nam voluntas hominis quam naturaliter habet, non valet ergi ad bonum efficaciter volendum, vel opere implendum, nisi per gratiam libereatur, & adiuvetur, ut perficiatur; quia, ut ait Apostolus, Non est volens vele, neque currentis curseret, id est operatus, sed misericordis Dei, qui operatur in nobis, vel le & operari bonum, cuius gratiam non aduocat hominis voluntas, vel operatio, sed ipsa gratia voluntatem praevenit preparando ut velit bonum, & preparatam adiuuat ne frustra velit, id est ut perficiatur & dicitur. *26. immediatae subiungit*, Hac est gratia, operans & cooperans. Operans enim gratia preparat hunc minis voluntatem ut velit bonum; gratia cooperans adiuuat ne frustra velit: Vnde Augustinus in libro de gratia & libero arbitrio, Cooperando Deus in nobis perficit, quod operando incipit, quia ipse ut velimus operatur, incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens: Ut ergo velimus operatus, cum ergo volumus, & sic volumus; ut perficiamus, nobis cooperatur; tamen sine illo vel operante ut velimus, vel cooperante cum volumus, bona pietatis opera, nihil valemus. Et subdit Petrus, Ex his verbis satis aperitur, quae sit operans gratia, & quae cooperans; Operans enim est quae praevenit voluntatem (Ea enim liberatur & preparatur hunc minis voluntas ut sit bona, bonumq; efficaciter velit). Cooperans vero gratia voluntatem iam bonam sequitur adiuuando, ubi & infra allegat Augustinum de prædestinatione Sanctorum dicentem, quod gratia non datur secundum alia merita, sed efficit omnia bona merita. Distinctione quoque vigescit septima ita scribit, Quidam non ineruditate tradunt, virtutem esse mentis bonam qualitatem, sicut formam, quae animam informat, & ipsa non est motus, vel affectus animi, sed ea libetum arbitrium iuvatur, ut ad bonum mouatur, & erigatur; & ita ex virtute & liberto arbitrio nascitur bonus motus vel affectus animi; ubi & statim dicit sic esse de gratia & voluntate humana. Et infra, In bonis merendis causa principalitas gratiae attribuitur, quia principalis causa bonorum meritorum est ipsa gratia, qua excitatur liberum arbitrium, & sanatur atque iuvatur voluntas hominis ut sit bona, quia ipsa etiam donum Dei est, & hominis meritum, in gratia, quia ex gratia principaliter est, & gratia est: Vnde Augustinus ad Sextum Presbyterium, Quid est meritum hominis ante gratiam, cum omne bonum meritum nostrum non in nobis facit nisi gratia? Ex gratia enim, ut dictum est, quae praevexit & sanat arbitrium hominis, & ex ipso arbitrio procuratur in anima bonus affectus, sive bonus motus mentalis, & hoc est primum hominis bonum meritum, sicut verbi gratia ex fide, virtute, & hominis arbitrio generatur in mente bonus quidam motus, & remunerabilis, scilicet ipsum credere, ita ex charitate & libero arbitrio aliud quidam motus prouenire valde bonus, scilicet diligere: sic de ceteris virtutibus intelligendum est. Idem 3. I. clement. dist. 36. dicit, quod charitas est mater omnium virtutum, sed qualis mater? sterilis, an foecunda? & quomodo sterilis cum sit mater? si autem sit foecunda, quomodo nihil partur? Hic autem multi Pelagianorum amici conantur respondeat, D qui tamen omnes in hoc vno concordant, quod gratia virtus creata seu charitas non vere & propriè efficaciter bonos secundum substantiam actum, sed vel omnino non efficit, vel tantum efficit aliquo modo improprio & transiupto. Aliqui namque dicunt quod gratia seu charitas virtus creata nullo modo efficaciter bonos, sed gratia & charitas increata quae est Deus & Spiritus Sanctus Dei, & sic intelligent omnes autoritates dicentes gratiam seu charitatem efficere quenquam actum. Sed isti possunt vitiumque subterfugere isto modo quasdam autoritates premissas, rationes tamen non posunt. Quisquis etiam catholicus Autoritates huiusmodi quasdam in superficie literat, quasdam vero patrum interius sanis oculis intueretur, statim posset percipere alium intellectum, de gratia scilicet & charitate creata. Vnde & Petrus 2. 1. sent. dist. 27. inter cetera superius allegata, Cum, inquit, ex gratia dicuntur esse bona merita & incipere, aut intelligitur gratia gratis datus, id est, Deus, vel portius gratia gratis data, quae voluntatem hominis praecusat, (Non enim efficit magnum, si haec Deo dicentur eis, a quo sunt omnia) sed portius eius gratia gratis data intelligitur, ex qua incipiunt bona merita, quae cum ex gratia esse dicuntur, non excludunt liberum arbitrium, quia nullum meritum est in homine adiuto quod non sit per liberum arbitrium, sed in bonis merendis. *28. etiam* principalitas gracie attribuitur, quia principalis causa bonorum meritorum est ipsa gracie qua excitatur liberum arbitrium, & sanatur atque iuvatur voluntas hominis, ut sit bona. Alij vero dicunt, quod id est dicunt gratia efficiere bonum actum, quia excitat voluntatem ut ipsa efficiat bonum actum. Sed hie etiam per rationes premissas rationabiliter concurrit. Ita si gracie excoegerit voluntate, mouet aliquatenus voluntatem, & aliquatenus accidit agi, & si hoc faciat praeveniendo voluntatem nondum agentem, cur non potest simili ratione coagere actu meritorum, cum ipsa agente? quis tam nisi ingratis

A ingratis gratia, dabit gratia Dei actuū peiorē seu minus bonum, & proprijs naturalib; magis bonum, quis enim ignorat actū meritorum esse incomparabiliter meliorem, quam secundum excitationem ad illum, cum qua sit nihil meriti, immo peccare, hoc autem non habent superioribus capitulis allegata. Posset quoque homo vel Angelus velle, & facere sine humero di excitante, cum nihil coagat hic nec ibi, quare & sine gratia implere omnia Dei mandata, quod est error Pelagi, sicut capitulum proximum recitat. Posset insuper voluntas humana similiter a non gratia excitari, puta a ratione, a virtute morali, a Deo, & insuper a sua inclinatione naturali, ab alijsque diversis; hæc igitur alia sine gratia sufficiunt ad faciendum mandata. Secundum hoc etiam voluntas creata est per principalior causam meriti, quam gratia, *29. etenim* principaliter non singulariter efficit meritum, illa vero tantummodo excitat ad agendum: hoc autem est plane contra Apostolum superioris allegatum, Abundantiis illis omnibus laborauit, non autem ego, sed gratia Dei mecum. Quomodo namque debet istud intelligi, nisi quod non ego principaliter & gratia instrumentaliter, sed est contra, quod & plane testatur dictum Lombardi contra respondentem proximam allegatum. Alij estimant quod gratia facit actus bonos, non effectus, sed tantum formaliter, sicut albedo facit subiectum album, & anima animalium, & quelibet forma suum formatum: Sed ista possunt refelliri per rationes & autoritates premissas. Item gratia qua est habitus inservit, non cu formam naturalis & efficientialis actus volendi ipius grati, sicut nec aliquis habitus sui actus; est enim actus actualior habitu, nec subiectum habitus naturale, nec compositus ex habitu & *30. etiam* sicut ex forma & materia, sed est simplex; nec gratia est causa materialis actus boni, puta debitis dilectionis Dei & proximi, nec causa huius sicut nullus ignorat; nec causa efficiens ut hi dicunt; posset ergo homo facere illam actum, & implere mandata sine gratia, ex naturalibus suis tantum sicut Pelagius delirabat; nulla enim causa desideret requiritur. Siquis autem dixerit, quod gratia est forma imprompti, & *31. actus* quodemmodo actus boni, quia videlicet informat voluntatem *accidentem* illius agentem, incidit in pelagus Pelagi supra dictum. Habet etiam dicere consequenter quod omnis actus a tali voluntate procedens est bonus & gratus, quia gratia similiter informat, quod non est verum de actibus partium, nec de actibus omnibus ad usum, quia non a de actibus indifferentibus venientibus peccatis. Eadē etiam ratione omnis actus sapiens est: sapientia, sapienter factus, temperatus, temperante factus, & eodem modo de virtutibus & virtutis viuencis, quod nullus dubitat esse fallum. Ita quoque contra Apostolum ponunt gratiam vacuam, id est otiosam, sicut glossa exponit, quare videatur gratia vacui & inane. Alij adhuc putant, quod ideo gratia dicitur agere bonos actus, quia ligat & reprimet concupiscentiam repugnante, quia ligata gratia voluntas efficit gratos actus. Sed istos rationes & autoritates premissas concurrit. Quomodo etiam gratia ligat & reprimet concupiscentiam? *32. et pugnat*, si penitus nihil agat, sicut superius tangebatur, aut si gratia ad repressionem concupiscentie quicquam agat, cur non ad productionem? *33. et* hoc simili ratione, sicut contra 2<sup>nd</sup> respondentem superioris est argutum? Item homines in gratia constituti habent quantum, concupiscentiam ita fortis, & aliquoties fortior quam homines gratia deficiunt, sicut vita multorum sanctorum, & specialiter S. Pauli. *34. ad Cor. 12. de scapo* cuiusdam ostendunt. Posunt ergo tales homines gratia deficiunt facere actus bonos, & implere Dei mandata, sicut & tales in gratia constituti. Quare & isti sicut priores pelagi Pelagiani voragine absorbentur. Hoc idem potest & alter sicut ostendit; quia quantum concupiscentia ligatur, & sedatur per gratiam, tanquam posset sedari per virtutes morales, per medicinam, per alterationem naturalem, & ita quibusdam per complexionem, propriam naturalem. Poscent ergo tales virtutes naturae, sine huiusmodi gratia seruare omnia Dei mandata; quare & ipsi in pelagus Pelagi relabuntur. Ad idem, si gratus, concupiscentia per gratiam patrum repressa, potest producere magnum actum, magnumque meritum, potest & non gratus per concupiscentiam in modico ampliorem modicum amplius impeditus, similem actum producere, licet proportionaliter forte minoriter, & forte tanto melioriter quanto difficulter, sicut capitulum proximum arguit: causa namque similes inæquales producunt effectus similes inæquales. Vnde Philosophus 3. de Cœlo 7. reprobans ponentes ignorantibus propter angulos, propter acutum scilicet angularum; Si, inquit, calefacit & ardet ignis propter angulos, omnia erunt clementia calefacta; magis autem forte alterum altero; Omnia enim habent angulos, puta & quod est octo basium, & quod dicit decim basium, & pyramis. Democrito autem & sphæra, angulus quidem ens ardor, quare differunt eo quod magis & nimis. Item tunc Angelus & homo in statu innocentie ante lapsum, nequam in dignitatem gratia ad merendum, non enim habebat concupiscentiam reluctante, cuius oppositum cap. proximum ostendebat. Vnde & August. Enchir. 87. Augustini, Illam, inquit, immortitatem in qua posset non mori, natura humana perdidit per liberum arbitrium;

bium; hancin qua non possit mori, est acceptura per gratiam, quam faciat, si non peccasset. A acceptura per meritum, quamvis sine grata nec fuerit recte, nec vilium meritorum esse possit. Quia eti peccatum in solo eti liber arbitrio constitutum, non tam in iustitia retinenda sufficiat liberum arbitrium, nisi participatio in immutabilis boni diuinitatis adiutoriorum prebeatetur. Hoc idem & Petrus. Sicut dicit, 5. 24. & 29. probat, & tenet. Alij opinantur quod ideo grata dicitur facere actus bonos, quia characterizando animam Domino, & vobis Domini induendo, reddit eam terribilem adversariam potestati, vream non audeat aggredi, sicut aliam, qua his careat, sicut potest anima talis grata, grata opera libere operari. Sed hi ut proximi in pectore interitus, in Pelagijs pelagius propellentur. Alij arbitrantur, quod ideo grata dicitur efficere actus bonos, quia liberaliter & iustificare hominem a peccato, quod impeditum est eum ne faceret actus bonos. Sed iti. de rationes & autoritates principales, & etiam contra 4. responsionem praemissas, cum Pate corum Pelagio refutentur. Pelagiani cuam propter istam sententiam specialiter reprobantur: Posunt enim, ut recitat Augustinus de gratia & lib. arbitrio 16, quod illa grata sola non secundum merita nostra datur, qua nobis dimittuntur peccata; illam vero quam expectamus in fine, scilicet vitam aeternam secundum merita nostra dari, intelligentes merita nostra existere nobis a nobis, non a gratia Dei neque a Deo. Vnde Augustinus recitat isto Pelagianorum errore, subiungit, respondendum est eiis. Si merita nostra sic intelligenter, vt etiam ipsa dona Dei esse cognolentes, non esset reprobanda ista sententia, quoniam vero merita humana sic predicant, & ea ex semel ipso habere hominem dicant, profus resiliuntur responderet Apostolus, Quis enim te discerneret? quid autem habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriari possis non accepisti? Proclus talia cogitanti verisimile dicitur, dona sua coronat Deus, non merita tua. Si tibi a te ipso non ab illo sunt merita tua, mala sunt que coronat Deus, si autem bona sunt, Dei dona sunt, per eius scilicet gratiam gratis datam. In Milicentia quoq; concilio contra Pelagianos celebrato, cui interfuit Augustinus ut patet Epistola 134. inter eius Epistolas, & habetur in Canone de Conciliis distincta 4. concorditer est sancitum, vt quicunque dixerit gratiam Dei qui iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum ad solam remissionem peccatorum valere, que iam commissa sunt, non adiutoriorum ut non committantur, anathema sit. Sunt autem & multe aliae responsiones tortuose, que per praemissa hic & prioribus capitulois iuante Dei gratia, immo principaliter operante, faciliter dirigentur. Post haec enim obiectum contra ista, Nam si gratia propriè efficiat actum gratum, gratus facilius & fortius operabitur quam non gratus. Iste namq; habet magnam adiutoriorum gratia, ille nullum; cuius oppositum, vt videtur, per experimentum ostendunt intransi peccatores. Item sit A totus vassus actus meritorum factus a gratia & voluntate humana; Et B. pars A facta a gratia; C. vero pars eius facta a voluntate humana tantum; ergo C est meritorium, seu A pro C tantum, quia C tantum sit ab hominis libera voluntate, in ipsa namque meritorum omne consistit. Item praestitutus sibi homo certum gradum dilectionis, quem habetur sine gratia coagente; tunc si diligat gratia coagente, diligit D ultra illum gradum; diligat ergo saitem tam intencione, voluntate & in uite, quare non meritorum. Grata ergo si poterat actua, tollit meritorum & arbitrio libertatem. Item gratia & voluntas humana vel sunt a quæ potentes, vel non a quæ; si a quæ, virtus potest impedire reliquam nequid agi, siveque gratia possit violenter prohibere hominem ne peccaret, & ne vellet hoc vel illud: siveque omnis habens huiusmodi gratiam, est finaliter confirmatus: si non a quæ, aut ergo gratia est potentior vel voluntas; gratia, redi: absurditas proxima; potest quoque gratia facere voluntatem velle inuitem, inuitamque detinere in actu volendi: Si voluntas sit potentior gratia, potest debilitari voluntas, vel fortificari gratia, donec sit a quæ potens vel potentior, quod si ponatur reponitur difficultas. Item cum gratia sit agens<sup>11</sup> irrationale, & non ex electione, si sit agens, necessario semper agit secundum ultimum sua potentia quantum potest; quamcumque ergo actionem cuiuscumque speciei vel gradus agit, semper gratia sive gratus, & semper. Nec etiam videretur consonum rationis quod agens irrationale agit a summa libertate & libe- ritate nature. Item tunc non esset in potestate hominis seruare mandata, neq; saluari, cum non sit in potestate sua habere huiusmodi gratiam necessario requiriunt. Minus quoq; similius posse est opponi, sed istis solitis patet solutio aliorum simillimum Dei gratia reuelabore. Ad has autem in gratia instantias iuante gratia respondentum. Pro prima igitur quis Theologus dubitat charitatem & gratiam facere iugum Domini suave, & onus eius leue, cum tot Doctores doceant hoc, ror locis? Quid & videns ille Dei secretarius Elaiz, Qui inquit, da lasso virtutem & his, qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicar. Deficiens pueri & laborabunt, & iuvenes in iustitiae cadent. Qui autem sperant in Domino mirabunt fortitudine afflimenti penitus fecerit Aquila, currit & non laborabunt, ambulabunt & non deficiant. Elaiz. 40. Quocun- ca de

\* & delecta  
dilutus

rationa-  
bilis

Ef. 10.

A. ca de malis in persona majorum Sapientia dicit, Lasciti sumus in vici iniquitatis & perditionis, & ambulavimus, vias difficiles; vias autem Domini ignoravimus; quidus & misericordia pro fest Scriptura. Verum pro sufficiencia & subtletate solutione huius instantie aduertendum, quod secundum capitulo proximo praetexta, operatio propria charitatis & gratia efficietur. Deinde charitatem & gratuitatem operi omnia finaliter propter ipsum, & sic facere reliqua proprietas Deum; huiusmodi autem directionem & operationem nullus carens charitate & gratia potest habere, sed quādū his caret, necē fieri diligit maximē proprium commodum & seipsum, & properi commodum proprium & seipsum finaliter reliqua operatur. Directione ergo & operatio charitatis seu gratiae, que charitatis & gratiae differt specificitate, a directione & operatione non charitatis & non gratiae. Sicut enim objecta directionum & effectuum finaliter differunt in specie, sic & propriæ directiones eorum: sic enim est in cognitione & visione propria & distincta, alias etiam omnes voluntates & dilectiones essent eiusdem speciei specialissima, & omnes cogitationes & voluntates similiter; & ita de potentij alijs, & operationibus propriis quibuscumq; Vnde & Philosophus, 8. Eth. 3. Ex hoc quod sunt tres species amabilium, scilicet utili, & delectabile, honestum seu virtus, oportet tres esse species amationum & amicitiarum. Dicit: cuim differunt autem hec ad inveniendam specie, & amationes ergo & amicitias aequaliter numero amabilium. Et infra 7. Altera autem est amicitia species, qua secundum superabundantiam, puto patri ad filium, & totaliter senior ad uniuersorem, viroque ad uxorem, & omni imperanti ad imperatum: Differunt autem hec ad inveniendum: non enim eadē parentibus ad filios, & imperantibus ad imperatos, sed aequo patri ad filium, & filio ad patrem; neque viro ad uxorem, & uxori ad virum; Altera enim viri que eorum virtus & opus, altera autem & properi que amant, altera igitur & amationes & amicitias. Anselmus quoque De libero arbitrio, 7. facta distinctione de voluntate, in instrumentum naturale, quo volumus, & in virtute seu opus illius, subiungit: Illa quo opus est tam multiplex est quam multa; & quam sapientia volumus, sicut & vires qui est opus, & visio nominatur tam numerosus est quam numerosa, & quam numerotis videmus. Hoc idem potest & breuius Theologice sic ostendit: Si non gratia posset diligere & facere quodlibet directione & factione eiusdem speciei cum gratia, potest sive gratia similiter implere omnia mandata, sicut gratia, quod est error Pelagi, sive capitulo proximum manifestat. Directione ergo grati ex gratia & non grati sunt specie differentes. Potest tamen gratia quadammodo diligere & operari, non ex gratia sed ex amicitia naturali, ex affectione commodi, ex appetitu delectabilis & utilis sibi ipsi faciendo actum indifferentem, vel etiam vehicale peccatum. Velergo instantia comparat actum grati ex gratia procedentem ad actum quicunque non grati, & tunc illi differunt specie, nec aliquod experimentum ostendit, quod non gratia potest fieri agere actum eiusdem speciei cum aucta grati ex gratia procedente; quare non infastat; vel comparat actum grati non ex gratia procedentem ad actum non grati similem speciei, & sic bene possit: quare fieri agere, quia gratia non coagit, nec adiuuabit gratiam; quare nec instantia ita infastat. Pro secunda, sciendum quod illa nullo modo procedit, quia similiter potest ostendit, quod Deus non agit actum meritorum voluntatis, cuius oppositum patet ex tertio huius, & quarto, & multis capitulois alijs praesertim. Imaginatur etiam unum salsum: Si enim A habeat, & sicut habet, partes divisiones, tam gratia quam voluntas efficit ipsum totum, & quamlibet eius partem non dividit sed coniunctum, non successivum sed simul; sicut Deus & voluntas, sicut etiam duo homines trahunt nomen. Vnde Bernardus De gratia, & libero arbitrio, viiiimo tertio: Ad hoc, inquit, gratia praeuentilibus arbitriis, ut iam sibi deinceps cooperetur, ita tamen quod a sola gratia captum est partis ab uiruque perficitur, ut mixtum non singillum, simul non uicissim per singulos effectus operetur, non partim gratia, partim liberum arbitriu, sed totum singula opere individualiter pergit, totum quidem hoc, & iustum illa, sed ut totum in illa, sicut totum ex illa. Tertia tollitur, sicut secunda: Similiter namque potest ostendit, quod Deus non agit actum iudicium & meritorum voluntatis. Quia & ex abundantia uoluntatis, & liberi arbitrii, & gratia prima: Non enim potest homo sine gratia diligere nisi aliquo gratia dilectione illius procedenti, cum dilectione a gratia procedente. Ut tamen radicem eius effodiant, dico quod tunc non gratia posset diligere similiter specie, sicut gratia ex gratia, instantia doni infastat: Non enim ipsum faciet violentem & inuite velle aut tam intencione velle, sed de uolente & electuante faciet gratia violentem, & voluntarie diligenter. Hoc enim est proprium gratiae, sicut praemissa hic de gratia manifestat. Quid & specialiter manifestat coruus S. Pauli, & ille quem ad preces: Sancti Stephani fundatoris Grandimontensis ordinis, divina gratia conuerterebat. Refert siquidem Williamus de Alvernia parviter sui tripartiti 22. hoc modo, pro quodam tali, qui etiam prohibebat, ne pro eo oraretur, & qui dicibat se nolle uero modo obtinere gratiam

nam preuenient & vel conuerteris, eo in quo & reuente orationem feceris eo sanctus Stephanus infraior Grandem ordinis eam cooptari suo, & exauditus fuit. Cum enim pro illo orassem, venit ad eos nōs ille annuntians eis, qualiter voluntatis esset, & faciens confessionem de peccatis cum multa deuotione & lacrymis poenitentiam egit. Peccat etiam sciat & redi & ignorat elementum. Quoniam ergo magis repugnat, quod an quis non culytum, & prius noluit illud aut voluit eius oportunitati que repugnat, aut quare voluntatis inuite. Exempli siquidem causa ponatur quod in p̄ficitur liberteri, quod hodie patceret vincum pauperem, & quod hodie vberiori gratia voluntas velit paupereos, & patcat, que violentia? que repugnantia inter ista? Videntur quodque multum probabile quod homo potest cum gratia & ex ipsa velle quantumcumque remisse: Poterit ergo homo ex gratia diligere sub tanto gradu, quantum libi p̄ficiat, & quantum suuertine grava habebutus, & cuam sub munio. Quartu peccat vltima, & secunda: sic enim posset probari quod Deus non agit liberis actus nostris, & etiam quod gratia confirmationis violenter voluntatem confirmari ad non peccatum, & ad beatificum actum suum, qua tamē vltima potest solui. Quinta si quid probaret, probaret similiter quod nec finis, nec species eius in anima, nec etas cognitio mouerent voluntem, nec aliquo modo efficerent actum liberum voluntans contrapremissa, 9. & 21. huius. Quis etiam Philosophiam parum ingressus, non legit illud capitulum, de Anima. De mouenti, vbi satis ostenditur quod phantasia est una causa mouens animalia, & intellectus homines processione, quod quomodo debet intelligi, nisi quod phantasia est una causa efficientis appetitus in illis, intellectus vero, scilicet species obiecti intellectus, seu actus intelligendi, ipsa scilicet intellectio, voluntatis in istis, quo & qua mouent animalia & homines processione, sicut evidenter colligitur ex processu? Quis non viderit illum processum? Metaphys. vbi ostendit Philosophus quod primum mouens quod est Deus, mouet, & dicit noua translatio, sicut appetibile & intelligibile mouerit non meta, & sic curamatum; & sicut dicit translatio quam Averroes exponit, mouet sicut desideratum & intellectum, & sicut curatum. Super quod Averroes comment. 36. Hoc, inquit, mouens est mouens quia agit motum; & quia est finis motus, hæc autem differunt in nobis, scilicet quod mouet nos in ictu, secundum quod est agens, & quod mouet nos secundum quod est finis; & haber duplex esse, in anima, & extra animam. Quod enim est in anima, est agens motum, secundum vero, quod est extra animam est mouens secundum finem, verbi gratia, quoniam balneum duplum habet formam, in anima, & extra animam; & extra illam formam quæ est in anima desideramus aliam formam, quæ est extra animam; & propter illam formam quæ est in anima desideramus aliam formam, & quæ est extra animam; Forma igitur balnei in quantum est in anima, est agens desiderium & motum; secundum autem quod est extra animam, est finis motus non agens. Hoc idem & ratio manifestat. Agens namque est necessario presupposita voluntate, est ergo aliqua causa eius sicut in superioribus est ostensus; & non causa materialis, formalis, neque finalis; est ergo D. efficiens causa eius: & hæc videtur ratio Philosophi tertie de Anima, vbi fuerat allegatus. Est enim cogitatio naturaliter & essentialiter prior voluntate, quare & aliqua causa eius, sicut decimo tertio huius patet, &c. sicut prius. Ex his autem cognoscitur quod non est dissonum ratione sicut sexta supponit, quod agens irrationalis libet actum agat, ita necessaria ratio hoc requirit; quod tamen solum agens irrationalis libet hunc facere, est, sed quod cum rationalibz hinc faciat, nullo modo dissonatione. Vtum vero insinuata est pure Pelagiana. Probaret enim gratiam non esse necessaria requisita ad observantiam mandatorum, nec ad salutem perpetuam consequendam, nec magis obuiat dicenti gratiam esse auctiūm, quam non actuam, dum tamen dicat ipsam requiri necessario ad salutem; sicut necesse est quendam libet dicere, qui Pelagianam heres noluerit profiteri, sicut priora capitula manifestant.

## C. A. P. XLI.

Quod gratia prius naturaliter quam voluntas humana efficiat actus bonos.



Si esto quidem quod gratia cum voluntate efficit bonos actus; vltius inquirendum eunquid ambe æquæ primò secundum naturam, vel altera prius naturaliter reliqua; & si sic, quæ illarum. Puto autem quidem gratia gratis infusa prius naturaliter voluntate faciat actus bonos: Voluntas enim humana peccati grauedine seu naturæ in tantum deprimitur, quod non potest nisi se & comodum suum diligere finiter propriæ semetipam, scilicet voluntatem, nisi virtute gratiae erigatur ad Deum super omnia propter seipsum tantummodo gratuitè diligendum, sicut ex 39<sup>o</sup> probat. Huiusmodi autem erigens necessatio præuenit sic creatum in ascensione illius, sicut videtur patere de lapide superius elevato; maximè autem quia anima sic deprensa non potest lex se in ascensionem aliquam illius speciei, sicut proximo huius patet: per Sicut enim homo grauis & debilis iacens in terra, non potest multum nec modicum se per se erigere, potest tamen cum alio ipsum præuenire & continuè præerigente, & ne recidat continuè sustinet, quodammodo coerigere semetipam & ad hoc quod se erigat, indiger necessario in principio, & continuaè huiusmodi præerigente, & continuaè sustinent, sic voluntas creata gratia destituta, gratiaue adiuta. Hoc autem nedum est verum propter depressionem liberi arbitrii per peccatum, verum propter grauedinem liberi arbitrii naturalem, qua ad principalius diligendum se & proprium comodum &c. propter ista naturaliter alligatum, nec "vales" ascendere ad aliquid supra se, puta Deum super se &c. gratuitè diligendum, nisi per gratiam præueniant & erigantur continuaè, & ne recidas, continuaè sustentetur, sicut ex 39<sup>o</sup> & 40<sup>o</sup> bius patet. Hoc autem totum videtur Daniel congrue figurale cum dixit, Non remansit in Daniel me fortitudine, sed & species mea immutata est in me, & emacui, nec habui quicquam virium, & audiui vocem sermonum eius, & audiens iacebam confernatus super faciem meam, & virtus meus habebat terre, & ecce manus retigente, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum, & dixit ad me, Daniel, vir desideriorum, Intellige verba, quæ ego loquor ad te, & sicut in gradu tuo, nunc enim sum missus ad te. Cumque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens, & ait ad me, Noli metuere Daniel, Dan. 10. Vnde Gregorius 22. Dan. 10. mortalium 18. super illud Job 31. Per singulos gradus meos pronuntiabo illum, Nemo, inquit, istama deserta repente susumus, quia ad obtinendum præter nos nescirent, dum quotidianè mens in altum ducitur, ad hoc procubiludo velut ascensionis quibusdam gradibus præuenit: vnde hoc aperte subiungit per singulos gradus meos pronuntiabo illum. Hinc Propheta dicit, Excitatus sum, & defecit paulisper spiritus meus: Quid est itaque quod ait, Spiritus meus, nisi spiritus dominis, videbatur spiritus elationis? & quia per occultam gratiam ad amorem Dei temperata desuper mensura proficiens; quanto in nobis quotidie de Dei spiritu virtus crescit, tanto noster spiritus deficit; qui spiritus erroris, qui non a nobis subito funditus amputatur, breviter paulisper defecit peribit: Tunc vero in Deo plene perficiens cum a nobis ipsius funditus defecit: Hæc itaque cœfcentum mensura virtutum, sicut vtriculi vocibus gradus dicuntur. Quod & infra sequenti capitulo, per illud factum Daniels superius allegatum conservans, Bene, inquit, Daniel Propheta, loquente ad se Dominum, dum positionem nobis sui corporis insinuare studuit, hæc meritorum incrementa significavit: At enim. Audiui vocem verborum, & audiens iacebam confernatus super faciem meam, vltusque meus habebat terre, & ecce manus retigente, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum, & dixit ad me, Daniel, vir desideriorum, Intellige verba, quæ ego loquor ad te, & sicut in gradu tuo, Nunc enim missus sum ad te. Cumque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens, & ait ad me, Noli metuere: Quam videlicet positionem sui corporis, dum verba intrinsecus loquens adiret, nequaque nobis tanta cura exprimeret, si a mysterijs vacare cognouisset; In Scriptura enim sacra, Iusti vires non solum quod dicunt, propheta est, sed & plerisque quod agunt. Vir itaque Sanctus interius mysterijs plenus, per positionem, quoque corporis exprimit virtutem vocis, & per hoc quod primum in terra prostratus iacuit, per hoc quod se postmodum manuum, sciarum articulis, & in genibus crevit, per hoc quod ad extreum crevus quidem sed tremens

etiam  
Ezech. 1.

Cor. 15.

Gregorius.

II penitus

Lumbardus.  
Augustinus.  
Fulgentius.

tremens constituit semetipso, nobis omnem ordinem nostri praecedit innotescit. Vbi & verbis A Propheticis exposuit ordinare, super viuum, scilicet Noli timere, Aperte, inquit, diuina voces subiunguntur, Noli metuere, quia cum plus ipsi, quod timeamus, agnoscamus, plus nobis de Deo per intercata gratiam infunditur quod amemus, quatenus & contemptus noster paulisper translat in timorem, & timor translat in Charitatem, ve quia quazrent nos Deo per contemptum refutimus, per timorem fugimus, & contemptus quandoque & timore postposito solo ei amore iungamur: Paulisper eum cum umere dedicimus, cique vi solus dilectionis inhaeremus. Appositis igitur quasi quibusdam gradibus praeceps nos timentis pedem prius per timorem in imo ponimus, & postmodum per charitatem ad alta amoris levamus. Huic etiam conponat dictum eiusdem 22. Moral. 9, p[ro]missum 35. huius. Hinc similiter satis concordat Ezechiel, Cecidi, inquietus, faciem meam, & audiui vocem loquenter, & dixit ad me, Fili hominis, ita supra pedes tuos, & loquar tecum; & ingressus est Spiritus in me, postquam locutus est mihi, & statuit me super pedes meos, Ezech. 1. His & concordat Apostolus, B Gratia, inquietus, Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi, non autem ego sed gratia Dei mecum, 1. ad Cor 15. Hac autem prioritate in gratia insinuant evidenter. Ceterum est enim Apostolus laborasse, ipsomet testante. Cur ergo dicit non ego, sed gratia, nisi ut innuat gratiam primo & principaliter quasi efficiens principale efficer bonos actus, hominem vero non sic, sed secundarii instrumentaliter & subservienti gratiae sic agenti? Quare Gregorius 1. super Ezechielem homilia 9. tractans verba Ezechielis & Apostoli iam premisa, sic ait, Ecce diuina vox iacenti Prophetae iussit ut surgaret, sed surgere omnium non posset, nisi in hunc omnipotentis Dei Spiritus intrasset; quia ex omnipotenti Dei gratia ad bona opera conari quidem possumus, sed haec implere non possumus, si ipse non adiuuat qui iubet. Sic Paulus cum discipulis admonet, dicens, Cum metu & tremore vestram ipsorum salutem operamini, illuc quis in eis haec ipsa bona operaretur adiungit, dicens, Deus enim est, qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate. Hinc est quod ipsa veritas discipulis dicit, Sine me nihil potestis facere. Et infra, sed sciendum est quod mala nostra solummodo nostra sunt, bona autem nostra, & omnipotentis Dei sunt, & nostra, quia ipse aspirando nos praeuenit ut velimus, qui adiumando subsequitur, ne inanitem velimus, sed possumus implere quae volumus. Praeuenient autem gratia & bona voluntate subsequente, hoc quod omnipotens Dei donum est, sit meritum nostrum; quod bene Paulus brevi sententia explicat dicens, Plus illis omnibus laboravi, qui ne videbatur sue virtuti tribuisse quod fecerat, adiunxit, Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Quia enim celesti dono praeuenient est, quasi alienum se a bono suo opere agnouit, dicens, Non autem ego, sed quia praeuenientis gratia liberum in te arbitrium fecerat in bono, quo libero arbitrio candens gratiam est subfecutus in opere, adiunxit. Sed gratia Dei mecum; ac si diceret, In bono opere laboravi non ego, sed & ego. In eo enim quod solo Domini dono praeueniens sum, non ego. In eo autem quod Deum voluntate subfecurus, & ego. His igitur breuer contra Pelagium & Celestium dicit, ad exponendi ordinem redeamus. Fili hominis, ita super pedes tuos & loquar tecum. Noratus nobis est ordo locutionis & operis; quia prius similitudo glorie Domini apparet ut deiciat; postmodum alloquitur ut reueleret, deinde superabundantis gratia Spiritum misit, & leuat, at supra pedes statuit. Nisi enim aliquid De exterrit in mente videremus, nunquam in facie nostra penitentia caderemus. Sed iam iacentes vox Domini consolatur, quod ramen nos facere nostra virtute non possumus; ipsius ergo nos Spiritus impelit & leuat, & super pedes nostros statuit, virgini propria in penitentiam pro culpa iactum, recti postmodum in hono opere stenus. Ex his autem verbis Gregorij diligenter inspectis, evidenter apparet, quod est haeresis Pelagi, dicere gratiam non praecedere liberum arbitrium, sed e contra, quod & plane refutatur Augustinus, Iudorius, & Canon, sicut 36. huius fuerat recitatum. Vnde etiam Lumbardus 2. Sent. dist. 26, allegans Augustinum numeratio ad hoc ideat, sic ait, Bona voluntas comitatur gratiam, non gratia voluntatem. Vnde Augustinus ad Bonifacium Papam scribens contra Pelagianos, inquit, Cum fides impetrat iustificationem, sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei, non gratiam Dei aliquid meriti praecedit humani, sed ipso meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici, voluntate comitante non ducente, pedissequa non prauia, & subdit Lumbardus. Ecce expressissime habes quod gratia praeuenient bona voluntas mentum, & ipsa voluntas bona pedissequa est gratia non prauia. Fulgentius etiam Ecclesie Impensis Episcopus, referente Iudorius in Catalogo virorum illustrium decimo quarto scripsit, & misit ad Episcopos duos libros de veritate Predestinationis, in quibus demonstrat quod gratia Dei in bonis voluntatem humanam praeueniat. Istam quoque Sententiam Apostolus plane docet, Non, inquietus, volentis,

A. volentis, neque currentis, sed miseren[ti] est Dei, ad Rom 9. Cur enim diceret, non esse volentis vele, neque currentis curtere, scilicet operari, sed miseren[ti] est Dei, nisi vt ostendetur, hoc esse Dei, & dicitur misericordia & gratia primi & principaliter, & tanquam prioris agen[ti]; volentis autem & currentis non sic, sed secundarii & instrumentaliter, & vt posterioris agentis, sicut & de simili dicto eius superior est ostensus. Hunc etiam intellectum Apostolici dicti hi[us] satis ostendunt expositiones Augustini Enchir. 23. & de duabus animabus, 15. 36. & 37. huius scriptae. Vnde & Petrus 2. Sententia dist. 25. vlt. Voluntas, inquit, hominis quam natura liter habet, non valet erigi ad bonum efficaciter volendum, vel opere implendum, nisi per gratiam liberetur & adiuveretur; liberetur quidem ut velit; & adiuvet ut perficiat; quia ut ait Apostolus; Non est voluntis vele, neque currentis curtere, id est, operari, sed miseren[ti] est Dei, qui operatur in nobis vele & operari bonum; gratiam non aduocat hominis voluntas vel operatio, sed ipsa gratia voluntatem praeuenit preparando, ut velit bonum, & preparatam adiuuat, ne frustra velit, id est, ut perficiat. Qui & infra dist. 26. tractans qualiter autoritates, quae videntur asserere fidem & auctum fidei esse libera voluntatis; Hec, inquit, ita sunt dicta, quia non est fides nisi in eo qui vult credere, cuius bonam voluntatem fides praeuenit non tempore, sed causa, & natura. Vnde Augustinus supra congruentem ciuitat, quod bona voluntas in ciuitate est, quia non praeedit, & ipsa iuvat, quia ea iuvat, quibus praeuenit, dum eis confitent ad effectum boni, & in eis est, quia tempore ab eis non praeeditur. Item quis nesciat causam priorem esse principalem posteriori? gratia autem est causa principalis cuiuslibet boni actus, sicut proximè huius contra respondentem secundam apparet. Istam quoque sententiam plausu docent autoritates quam plurimæ, 36. huius & sequentibus allegatæ, quam & Ecclesia tota Catholicæ Catholicæ profiteret; orans hoc modo; Tua nos, Domine, gratia semper praeueniat & sequatur, ac bonis operibus iugiter præferat esse intentos; si tamen nos prius naturaliter operemur quam gratia, cur petimus ut ipsa nos praeueniat operando? Nos etiam potius præstamus illam bonis operibus esse intentam, quam ipsa nos præfert. Si autem dicatur quod gratia nos praeuenit liberando a peccato, non autem actus meritorios propriè faciendo, contradicit ei capitulum proximum ostendendo gratiam efficere propriè bonos actus; etiam etiam potest specialiter contradicere, sicut sextæ responsioni ciuidem fuerat contradicendum. Alter dicitur, quod gratia prius meretur, antea efficit primus bonum actum humanum; alios autem sequentes voluntati naturaliter operantur. Sed cur tam variè, que raro diversitatis, cum totum agere & actum sint primo & post similes rationis? Contra istam quoque responsione procedunt rationes & autoritates iam premisse; specialiter autem illa Apostoli; Non ego, sed gratia Dei mecum. Loquitur enim Apostolus de seipso, non pro instanti sua conversionis, sed pro tempore subsequenti quod semper fuit in gratia, & cum gratia laboravit; quod & plane testatur Gregorius ipsum exponens, sicut superioris allegatur. Hoc idem constat etiam Augustinus superioris allegatione, dicens, quod gratia meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici voluntate cognitante, non ducente, pedissequa, non prauia; Loquitur enim expresse de merito, quod gratia meretur augeri, quod primo actu bono succedit.

## C O R O L L A R I V M.

Corollarium quod tam Deus, quam gratia eius, creata efficit propriè, prius naturaliter quamlibet actioni bonum creare & rationalis, quam ipsa; & quod antores dicens, Deum facere opera nostra bona, non excludunt, sed includunt Dei gratiam eadem similiiter facientem, dicens, gratiam Dei facere opera nostra bona; non excludunt, sed includunt Deum eadem similiiter operantem.

E. X his autem evidenter inferitur quod tam Deus quam gratia Dei creata efficit propriè & prius naturaliter quamlibet actioni bonum creare & rationalis, quam ipsa; & quod antores dicens Deum facere opera nostra bona, non excludunt, sed includunt Dei gratiam eadem similiiter facientem, dicensque Dei gratiam facere opera nostra bona, non excludunt sed includunt Deum eadem similiiter operantem. Quod autem Deus efficit propriè quamlibet actioni bonum, pater ex tertio huius, & quarto. Patet similiiter ex 7. & sequentibus cum dicto huius planè. Et quod gratia similiiter faciat, & etiam prius natura, quam creatura rationalis in bona factio[n]e amborum communis, quis non concesserit, concessu, quod gratia Dei

Dei ibi prius naturaliter faciat, quam huiusmodi creatura? Quis enim vel leviter cogitabit A gratiam Dei creatam prius naturaliter agere in actione, nisi communiter, quam eius autem quām eius & omnium primum motorem? Hoc idem rationes & Autoritates tridictio quātū huius, & sequentia, & specialiter Gregorius super Psal. chalem allegata, superioris satis probant: Reliquæ verò partes sequuntur lucide ex præmisso. Patent quoque ceteris in Scriptura sacra & in tractacoribus eius sacris, qui mixtum & indifferenter affirmant, nunc gratiam Dei facere opera nostra bona, & nunc Deum iusta pro codem habentes. Exponentes quoque Sacram Scripturam dicentem Dei gratiam facere in homine actum bonum, dicunt se p̄fissim Deum facere illum actum & similiter ē contrario; volentes quoque ostendere Deum facere bonos actus humados, ostendunt Dei gratiam illos facere, & ē contra; sicut multæ Autoritates in capitulis tam præmisso, & alibi in Sacra Scriptura, & in scriptis Sanctorum planissime contestantur; quas non oportebat hic tangere, quia nedum diligenti, verum etiam negligenti lectori se offerunt copiose.

## C A P. XLII.

*Quod Deus prius naturaliter efficit quemlibet actum bonum voluntatis creatæ, quam gratia.*



Ostquam autem Deo, & Dei gratia deducente, ostensum est proximo, Deum & gratiam Dei creatae efficere propriè quemlibet actum bonum voluntatis creatæ, & utrumque prius natura voluntate creare; velutius ostendendum, quod Deus & Spiritus Sanctus Dei prius naturaliter efficit quemlibet talen actum, quam gratia eius dicit. Quis hoc tanquam principium notiorum non admittit? quis non annuit? quis diffinit? Verum propter aliquostadios, ecce ostensio huius brevis: Cum siquidem Deus & gratia efficiunt actum bonum voluntatis creatæ; aut ergo ambo, & quæ primò secundum naturam, vel Deus prius naturaliter gratia, vel ē contra; non ambo & quæ primò, quia tunc illa duo agentia, & mouentia reducerentur ad aliquod tertium prius utroque illorum virtute cuius ambo agerent, & mouerent, sicut Philosophia plenè testatur, sicut ex secunda Suppositione, ex duodecimo & decimo tertio huius potest ostendi. Nec Deus posterior naturaliter gratia, sicut in ostensione corollarij proximi breuiter monstrabatur. Quis etiam reficiat quod sit dignus & perfectius esse causam priorem & principalem naturaliter, quam posteriorem & instrumentalem atque subsequenter? Deus ergo est talis, sicut Suppositio prima monstrat. Quis insuper reficiat Deum esse vniuersali- E ter omnium priuatum causam, & prium maiorem? Item verum est gratiam agere, & non est prium verum simpliciter, sicut ex vñdecimo, duodecimo & decimo tertio huius patet, sed causatum ab eo; Deus ergo est causa veritatis iusti, & efficit iustam veram; Deus ergo prius naturaliter agit quod gratia agit, quām ipsa: Videlicet ergo imaginandum hoc modo in productione boni actus humani; quod sicut trigesimum nonum tangit Deus gratissimè & liberalissimè nullo modo praeuentus, nec ab alio excitatus, primò vult homini vitam æternam, & quia non vult eam ad dulce sine proprijs meritis, gratissimè & liberalissimè vult ea merita, & etiam gratiam per quam mereatur, quam & gratissimè & liberalissimè ei infundit, ipsam crea- E ans, & mouens, & per ipsam hominem ad bene ageandum, ita quod Deus in ista motione est simpliciter priuatum, mouens & non motum; gratia secundum mouens & motum voluntas creata, seu creatura rationalis tertium mouens & motum; actus vero bonus productus motum & non mouens. Sicut etiam peccatum separat nos à Deo, sic charitas & gratia con- jungit nos cum eo, & est quodammodo vñc Dei cum homine, hominique cum Deo, per quam & sanat infirmum, engit, elisum, excitat, ortosum, & dirigit operantem. Ostensum est autem capitulo proximo, quod gratia præuenit hominem, & prius naturaliter efficit actus bonos, sed irrationalib[us] videretur, quod res inanimata, & irrationalis scilicet grata, seu charitas regulariter animata, & rationalem maxime in actibus suis liberis, & rationalibus, nisi ipsa ab aliqua re rationali principaliter regularetur, & superiorius regereatur: Regulatur autem gratia seu charitas in agendo à Spiritu Sancto tanquam a principaliori & superiori agente. Vnde Apollonius, Charitas, inquit, Dei similitudine est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, ad Rom. 5. Et item, Dominus dirigat corda vestra in charitate Dei

C A P. 4.1.

A 2. ad Theolog. 1. utrum, Nemo potest dicere Dominus tuus, dum in spiritu habet: Diuinus: 2.7. neff. nesciatur inquit, idem autem fortis & diuinationis ministracionum sunt, idem autem Dominus: & operationes operacionum sunt, idem autem Deus qui operatur omnibus operibus 1. 3. 12. 1. ad Cor. 2. 1. ad Ioh. Quicunq[ue] inquit, p[ro]p[ter]um Dei regnat, hi sunt filii Dei, ad Rom. 8. Et infra: Accedit enim in spiritu adoptionis filiorum in quo ciamamus, Abba Pater: Et inferius: Spiritus adiuvar in similitudinem nostram, & postular pro nobis gemutibus inenarrabilibus, id est, postulare nos facit secundum Glossam & expositiones sanctorum. Vnde & August. de perfectione p[ro]p[ter]um: Graue, inquit, non est, quod diligendo fit, non timendo: Laborans autem Iudeus p[re]cepit, qui ea timendo co[n]stant implere, sed perfecta charitas foras misit timorem, & facit p[re]ceptum, scilicet leuem, non solum non prementem onere, ponderum, verum timorem etiam subleuantem vice pennarum; quæ tamen charitas ut habeatur etiam tanta, quanta in corpore mortis huius habet potest, parum est nostræ voluntatis arbitrium, nisi adiuvet gratia B Dei per Iesum Christum Dominum nostrum: diffunditur quippe in cordibus nostris, quod sep[tem]dicendum est, non per nos ipatos, sed per S. Sanctum qui datus est nobis. Et infra 22. charitati Dei non est græve mandatum Dei, qui non nisi per S. Sanctum diffunditur in cordibus nostris, non per arbitrium humanæ voluntatis, cui plus dāndū quam oportet, ignorantia iustitiae Dei. Et inferius 33. dicit, quod Deus facit, & adiuvat ut simus perfecti, & sine iniunctitate peccati: & subdit, & haec nobiscum agit gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum non solum p[re]ceptis, scilicet exemplis, sed etiam Sp. Sancto, per quem latenter diffunditur charitas in cordibus nostris, quæ interpellat gemutibus inenarrabilibus, donec in nobis sanctitas perfectatur, & Deus, sicut est videndum, in æterna veritate monstretur. Idem de libertate arbitrij ad Hilarium 2. Illud, inquit, quod dicunt sufficere homini liberum arbitrium ad dominica impleanda mandata, quamvis Dei gratia, & Spiritus Sancti dono ad opera bona non adiuvetur, omni modo antagonizandum est, & omnibus execrationibus detestandum: qui enim haec C assertor, à gratia Dei penitus alieni sunt, quia ignorantia Dei iustitiam, sicut de Iudeis dicit: Apostolis, & suam volentes constitueret, etiam iustitiae Dei non sunt subiecti. Pleonādo quippe legis non est nisi charitas, & utique charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, non per nos ipatos, seu per vires propriæ voluntatis, sed per Sp. Sanctum qui datus est nobis. Idem de spiritu, & litera 3: Quid sunet, inquit, leges Dei ab ipso Deo scriptæ in cordibus, nisi ipsa prevalence Sp. Sancti, quæ est digitus Dei, quo presenti diffunditur charitas in cordibus nostris, quæ plenitude legis est, & sicut p[re]cepti? Idem 6. contra Iohann. 26. sic alsoquitur Iohannum: Tu à vestro dogmate non recessis, quo putatis gratiam Dei per Iesum Christum Domum nostrum sic in sola remissione peccatorum vefari, ut non adiuvet ad vita da peccata, & desideria vixenda carnalia, diffundendo charitatem in cordibus nostris per S. Sanctum, qui ab illo datus est nobis. Idem de gratia & libero arbitrio 36. Charitas, inquit, quamvis parva & imperfecta Petrus non debeat, quando dicebat Domino, Animam meam pro te ponam: Purbitur enim se p[ro]p[ter]e, quod se vellet d[omi]nificare; & quis istar[um] zeli parvum dare ceperat charitatem, nisi ille qui preparav[er] voluntatem, & cooperando perficit, quod operando incipit, quoniam ipse ut velimus operatur incipiens, qui voluntibus cooperatur perficiens? Propter quod dicit Apostolus, Ceterum quod qui operatur in nobis opus bonum, perficit v[er]g[ine]s in diem Iesu Christi. Hoc idem ostendit Augustinus diffusus de verbis Apostoli serm. 13. tractans autoritates Apostoli ratiocinas, & alijs locis multis.

## C O R O L L A R I V M.

*Corollarium, quod Deus & Spiritus Sanctus dicuntur quoquomodo charitas & gratia, qua char[ite] & gratia nedum Deus diligit se & hominem, Verum etiam quia homo simili- D ter diligit Deum & proximum.*

E X his autem potest colligi quoquomodo, quod Deus & Spiritus Sanctus dicuntur charitas & gratia, qua char[ite] & gratia nedum Deus diligit se & hominem, verum etiam quia homo simili- 250. p[ro]p[ter]um, charitas & gratia puræ & summæ dicuntur chara & grata Dei voluntas, sicut dilectione qua char[ite] & gratia diligit semetipsum. Secundo accipitur pro eadem voluntate seu dilectione, quatenus per eam char[ite] & gratia, scilicet non propter aliqua p[re]cedentia merita, nec propter commodum suum diligit creaturam. Tertiò secundum illam tropum ceterum in Poetria, in Philosophia, & in Theologia, que effectus nominatur nomine facientis, qui est unus color rhetoricus, quem Tullius v[er]mo noue sua rhetorica denominationem appella, dicitur charitas & gratia habentes, secunda charitate, scilicet à voluntate divina creature char[ite] & gratia infusus, qui & ex alia causa, ex similitudine scilicet ad charitatem primo modo,

h. gracia

II affectio

Lumbardus

